

It 11.37

THE  
WILLIAM R. PERKINS  
LIBRARY  
OF  
DUKE UNIVERSITY




Rare Books

Classical  
34/10

91





# RHETORICORVM

LIBRI IIII.

BENEDICTI ARIÆ MON-  
TANI THEOLOGI, AC POETAE  
laureati, ex disciplina militari  
diui Iacobi Enfigeri;

*Ad Gasparem Velesium Alcocerum.*

CVM ANNOTATIONIBVS ANTONII  
Moralij Episcopi Meschuacanensis, quę rem omnem  
quàm breuissimè explicant.



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXIX.

CENSURA.

Hos quatuor Rhe<sup>m</sup> libros ab eruditissimo viro  
D. Benedicto Aria Montano Doctore Theologo, & Poëta  
laureato, artificiofo atque docto admodum carmine con-  
scriptos, & breuibus, eruditis ac perspicuis ad marginem  
annotationibus, ab amplissimo viro D. Antonio Moratio  
Mefchuacanensi Epifcopo præftantiffimo, illustratos, ma-  
ximo cum fructu prelo tradi poffe cenfeo. V. Nonas  
Martias M. D. LXIX,

Augustinus Hunaus  
Louanij Theologus Regius.

A696 N  
3

ANTONIVS MORALIVS  
EPISCOPVS MESHVACA-  
NENSIS, GASPARI VELESIO AL-  
COCERO HISPALENSI

S. P. D.



EST si nunquam mihi haecenus con-  
tigerit tuam faciem intueri, vir or-  
natissime; tamē ex Benedicti Areij  
Montani crebris sermonibus (quo-  
cū mihi antea fuerat familiaritas,  
ac nunc demum ex eodē instituto ac conuictu  
maxima intercessit necessitudo) quis esses, cog-  
nou. iugis igitur tui mentio, & perpetuę laudes,  
quibus te mihi vir ille mirus amicos efferendi ar-  
tifex graphicē depinxit, effecere, vt tam raras tā-  
que varias tui animi dotes, quas in te vir ille sitas  
prædicat, ita exoscularer ac suspicerem, vt nihil  
mihi in vōtis prōponerem potius, quā, vt quē  
toties absentem ex ore de te narrantis pendens  
sum admiratus, præsentem contemplari; opta-  
tissimoq; colloquio frequenter excipere liceret:  
quod mihi profectō, nisi tanta maris terræq; di-  
stantia disiungeremur, vt contingeret, curarem.  
tantum tui desiderium ex laudatissimi viri com-  
mendatione concepi. Huius rei gratia inter alia  
quamplurima, quæ Benedictus noster se digna  
olim posteritati donanda comprimit, miris mo-  
dis mihi Rhetoricorum liber placuit, quem he-

roicis carminibus tuis auspiciis me excipiente, utq; absolueret importunè efflagitante, dictauit. Non enim facile fuit illum grauiſſimis intētum studiis, quæ, ut sacræ paginæ libros elucidet, mira laude capeſſit, ad Muſarum fluentia reuocare. Ego verò ut tātī viri acceſſione aliquid mihi gratiæ conciliarem, annotatiunculas quaſdam vice commentarij legentibus futuras, eaſdemq; non incommodas raptim inſerui. Quanquam verò Montanus noſter qui artem hanc præceptis diſuſiſſimam doctorumq; illam excolentium ſtudio penè obrutam in methodū redigere, Poetiſq; ac ſua innata iucunditate exornare, & breuitati conſulere curauerit, idq; quod propoſuerat quā optimè præſtiterit; (namque & carminum iucunditate, & magna dictionis perſpicuitate præſtat;) tamen quòd vel eo ipſo quòd carmine hæc ſunt ſcripta, & ob breuitatem interdum atq; ob poetici ſtyli rationem nonnulla indice ſaltem indigent: opere præcium me ſtudioſis omnibus futurum ſperaui, ſi totius rei ſummam quibuſdā annotationibus indicarem; & ne in tuo libro quicquam te non auſpice prodiret, breuem quidem expoſitionem, certam tamen & ad Poetæ mentem accommodatam, ipſe etiā tibi dicare volui. Accipe igitur, eruditiffime Gaſpar, deſideratiſſimi amici munuſculum vel hoc nomine non ingratum, quòd à tui Montani diſcipulo miſſum fuerit. Vale.



BENEDICTI ARIÆ  
MONTANI THEOLOGI,

AC POETÆ LAVREATI, &C.

RHETORICORVM

LIBER I.

AD GASPAREM VELESIVM.

**P**INGE mihi egregiam vultu formaq;  
puellam,  
Cuiq; genæ roseo surgant de lacte colore,  
Lumina stellanti denigrent luce Pyropū;  
Assistant labiis Veneres; sit nasus Amoris  
Quam solet hamatis pharetram complere sagittis.  
Pinximus. Adde etiam Pario de marmore collum,  
Ceruleas tenuis diuertat linea venas,  
Persequere exactè auratos numeraq; capillos,  
Pars micet in gemmis: coeat pars diuite nodo,  
Partem etiam iubeo permittere lenibus auris:  
Distingue & teretes digitos, manus ipsa niuenti  
Contendat massa; preciosa cetera veste  
Arte laborato ex auro cum murice circum  
Scribito; sed deceat cunctis in partibus, atque  
Hereat, occultosq; chlamys circumnotet artus.

Perfeci. Ecce tibi ridētia virginis ora  
Spiranteis vultus reddo blandeq; tuenteis.  
Nil moueor; sed enim totam consumpsimus artem.  
At mihi non ullo peētus succenditur igni;  
Nulla tenet mentem cura, & nihil vsque laboro:  
Jam satis est, vidi, cedo, transferre licebit:  
Nec sequar, absentis nec erit mihi cura petenda.  
Vnde hoc? nam verba hic desunt, suavisq; loquendi  
Vsus, & his multo mentis formosior index,  
Naturaq; decus, diuinaq; ab imagine sermo

Similitudine proposita ex pictura, probat nullam artem esse iucundam, vbi eloquentia desideratur.

Ut pictura quantum pulchra nemine sui amatorem reddidit ob sermonis defectum, ita & artes omnes eloquentia destituta, neque gratum neque commendabilem reddere possunt cum qui possidet.

*Redditus, humana pulcherrima munera vita.*

*Crede mihi, Gaspar, quidquid mortalibus un-  
Contigerit, vel diuitis quis vicerit Indos, (quam  
Seu Seres cultu; claro seu stemmate natus  
Prouocet Alciden bello, victorq; coronam  
Eripiat, cursu valeat prauertere ceruos.*

*Quid moror? exactis cumula virtutibus unum:  
Sit sapiens, sit multa sciens, sit denique quiduis,  
Desit at una illi facundia, cetera pictum  
Iudico, & argentes umbras, vultusq; tabella  
Affictos, sunt vana & nomina prædita nullo  
Viuenti sensu, tenebrisq; absconditus ignis:  
Quas laudes qua pulcra petat sibi premia quisquis,  
Nil homines iuuat, nulla aut monimenta suarum  
Virtutum, nullas species ostenderit vnquam?*

*Ergo vitanda tibi Gaspar imagine canto  
Experiar monstrare viam, qua mente tenere  
Rhetoricam possis formam & præcepta loquendi:  
Nan quòd in his rerum species, facundaq; verba  
Comperias, nec enim nisi sit prudentia rerum.  
Tum longo studio, tumque usu & munere diuùm  
Parta tibi, si non de pectore copia fandi  
Affluat, has steriles normas inopesq; satemur,  
Sed cum verborum cumulos rerumq; redundans  
Obtulerit natura tibi, assiduusq; legendi  
Et labor & studium, quo non confusa vagentur  
Pectore cuncta tuo, prodanturq; ordine nullo,  
Efficient agitata viris præcepta disertis:  
Ut tanto in numero tempus non omnia quoduis  
Arripiant, non in quamuis aliena ferantur  
Materiam, propriis seruentur commoda causis  
Illa, hæc præsentì non desint iure petita:  
Ac tandem ne te quantum bene dixeris in re*

Propositio, quaquid  
tractaturus sit, ostē-  
dit, & quam metho-  
dum sequi velit.

Rheticē non præ-  
bere materiam eio-  
quentiæ, hoc est, nō  
suppeditare rerum  
& verborum copiā,  
sed rationem præ-  
bere qua quicunq;  
& eruditione & do-  
ctrina præditus sit,  
de quacunque re ap-  
te & copiose & di-  
stinctè dicere possit.

*Pœniteat: neu iudicio te auditor acuto  
Respuat impatiens vitij sanusq; alieni  
Arbiter, in nostraq; inuitus iura trahendus.*

*Hec etiam præcepta, libros dum voluere doctos  
Instituis, comitemq; manum certumq; parabant  
Indicium, vires quo & formam noscere possis,  
Queis niti soleant sapientes, queis ue decere.  
Hoc igitur, formare viam qua incedere possis,  
Rhetorica est, non nersape pedes gressus ue carenti.*

*Huic soror est ventre ex vno concepta gemella,  
Præcipuo Logicen dixerunt nomine Graij,  
Que rationis opes, vires, neruosque ministrat  
Dicenti, viuos adhibet germana colores;  
Hec vincit, victum illa sequi parereq; suadet.*

*Ridiculos reddunt homines phalerata loquendi  
Commenta, & florum dicendi ingestus aceruus,  
Multiplici variata modo sententia simplex;  
Illis si tantum studium consumimus omne,  
Noctes atque dies agitamus inania verba,  
Nullo connixi rationum pondere, neruis  
Defecti, nullis rekti per compita habenis:  
Quales ipse viros præstanteis sanguine auito,  
Principibus natos summis, seruile videbam  
Exercere genus studij cassumq; laborem:  
Assiduis instant tantum, inter suntq; magistris  
Complentes numerum, vacuis ne fedibus vsquam  
Sit locus, & memorant annos à consule primo  
Plus decies, postquam repetunt gymnasia, tantum  
Rhetoricæ addicti: tandem didicere profari  
Aut nihil, aut, Patres conscripti, & docta iuuentus;  
Et si mille mihi linguæ & facundia Tulli,  
Mille (inquam) si sint linguæ, & facundia Tulli.  
Quidnam ultra? nit post INQVAM hoc deducere  
possunt.*

Docet Rhetoricę  
præcepta multum  
cõferre ad optimos  
quosque auctores  
intelligẽdos, & eorũ  
artem qua in di-  
cẽdo vsi sunt inuesti-  
gandam.

Dialecticę cog-  
nitionem exercitatio-  
nemque necessariã  
esse Rhetoricã pro-  
fictibus. Tres enim  
sunt artes quę ra-  
tionales vocantur,  
Grammatica, Dia-  
lectica, Rhetorica:  
sed Dialectica ra-  
tionalis appellatio-  
nem sibi præcipuẽ  
vindicat.

Damnat peruersa  
quorundam studia,  
qui nullo in Diale-  
cticã iactõ funda-  
mento, Rhetoricis  
incumbunt, vanam  
quandam verborũ  
& figurarum conge-  
riem affectantes, eã-  
que solam Rhetori-  
cam esse putantes.

O gens vana, inquam, ô vanissima Rhetoricorum  
 Temporibus nostris omni nudata lepore,  
 Imbellis, nullis & prædita viribus, atro  
 Errore immersa, caca & caligine rerum;  
 Tanta nihil vos ut moueat iactura dierum?  
 Hic vsus patientis erit viridisq; iuuenta?  
 Heu queis vos opibus fraudatis robore tanto &  
 Isto auro potius tam præcipitante parandis,  
 Si seruare modum discendi, & lege daretur  
 Institui, rerumq; caput disquirere primum:  
 Ad te alia ingressum sacro sapientia templo  
 Excipit, & gaudens reserat penetralia Gaspar;  
 Ut qui non leuiter cures virtutis amorem,  
 Et diua doctrinae vsum, pulcherrima certe  
 Ornamenta hominum multo & sudore petenda.

Rationem natura  
 omnibus dedit ho-  
 minibus: quidam  
 suat qui eius vsu  
 præstant maximè,  
 sed omnibus acce-  
 dit perfectus vsus ex  
 arte dialectica.

Ergo tibi rationis opes, natura benigna  
 Quas dedit atque vsus vitæ, quas arte secunda  
 Perficis, hæc multum audentem maiora iuuabunt,  
 Substituentq; manus firmas, humerosq; volenti  
 Vincere dicendo cuiuslibet ardua causa.  
 Nonne vides quantos referat tibi commoda fructus  
 Ars hæc, quam Græco Logicen sermone vocamus?  
 Non etenim Latia norunt consingere Musæ,  
 Artibus in cunctis valeant quas reddere voces;  
 Ut nobis longis utendum ambagibus hic sit,  
 Aut certè in nostros aduertas remige fines  
 Compellare sono patrio atque tenore licebit,  
 Rettuleritq; nihil, dum sit mora nulla vocatis,  
 Exhibeantq; suas merces, vendantq; rogata.

Dialecticæ partes  
 & officia, docenti  
 methodus & discendi.  
 Prædicamenta & ge-  
 nera rerum.  
 Similiū & opposi-  
 torum ratio.

Hæc igitur varios fructus dignosq; parari  
 Asportat: primum, quo possis sine docere,  
 Quo didicisse queas, rerum quis ductus & ordo,  
 Quid socias iungat formas, quid ne incitet illis

Dissi-

Dissidium; iam quos agnoscant singula fines,  
 Seu genus indigenum fuerit, siue aduena rerum:  
 Adde etiam que fonte cadunt & stemmate ab uno  
 In quas nam soleant sedes diducta migrare.  
 Iudicibus demum adductis, ac testibus actis  
 Audire, & quod quisque suum dicat, ne, negetue;  
 Afferere, aut causa immunem dimittere iustè.  
 Adde & que ratio statuendi iudicis, atque  
 Testis ducendi, quæ sit vel utrumque leuandi:  
 Ad summam sacros ignes, quos mentibus altis.  
 Occuluit natura parens, hac excitat una,  
 Incenditq; agitans, ac lustra per omnia præfert,  
 Quo reperire latens verum nimumq; remotum  
 Vtibus humanis solerti indagine possis.  
 An ne putas tantis ornarent laudibus artem  
 Et studiis colerent Graia duo lumina gentis  
 Nicomachi natus, nusquamque ingrata magistro  
 Lingua seni, tantum nisi præferat illa nitorem?  
 Angustis igitur cum pingere cuncta figuris  
 Noueris, atque situs soleant quos membra tenere:  
 Tunc tibi præcæras tempus formare dabit iam  
 Effigies rerum dicendo, omniq; lepore  
 Cuncta sequi penitus que sunt in corpore membra,  
 Particulas cunctas vitæ motusq; ministras  
 Successu decorare suo, minusq; colores  
 Addere, & obiectis attollere protinus umbris.  
 Tunc merces speranda tibi & laus magna laborum,  
 Cum spectatores viris præstringere signis  
 Iam datur, atque stylo nusquam fallente manuque.  
 Hoc dabit ergo tibi hac quam nunc præscribimus  
 Longior ut possit rerum tibi surgere imago, (artè,  
 Dispositis diducta locis, cunctisque peracta  
 Partibus; hic nobis labor est, hæc cura docendi.

Definitio, & descriptio.

Diuisio.

Inuentio lucorum, que ratio.

Argumentationum figuræ & modi. Reiterationum cognitio.

Laudat dialecticam à iudicio Aristotelis & Platonis.

Conclusio & documentum; prius in dialecticis exerceri oportere eum, qui in Rhetoricis proficere studeat, ut pictores prius paruas imagines delineare discunt, deinde maioribus operantur.

Dialecticam simile esse dicit minoribus imaginibus quas in tabellis delineare solent pictores studiosi, Rhetoricè verò maioribus & omnibus numeris absolutis imaginibus assimilari.

*Nec tibi curandum qualis nam Musa canenti  
 Affonet, aut quales modulos properemus: ad artem  
 Accingor: prodesse tibi quàm maxime Gaspar,  
 Optamus, quam mente velim te posse tenere;  
 Utendum breuibus spatiis, querenda viarum  
 Quæ citius ducat, quamuis salebrosus anhele  
 Interdum locus occurrat, vincendaq; saltu  
 Rimula, decliui properanda aut semita cursu.  
 Namq; hac dum meditor, nullis mea tēpora lauris  
 Ornantur, virides myrtos hederasque sequaces,  
 Atque omnem interdum patimur pendere coronam  
 Musarū ante tholos; sint nunc mea premia, Gaspar,  
 Maxima, te nostros non fastidisse labores.  
 Forsitan & magnis aderunt pia numina votis:  
 Et fuerit cum gesta Deum Heroumq; canenti  
 Tempora perpetua repetita & fronde nitescant.  
 Ipseq; sacra feram, Diuūmq; altaribus ignem;  
 Et delecta iugis incendam thura Sabais,  
 Interea dulci socians pia munera cantu;  
 Et longam texam historiam, quæ maxima Diuū  
 Munera, quid societ pariterque hominesque deosq;  
 Quæ via calicolas nostras deducat in oras,  
 Quodque iter ad superos pateat mortalibus agris.  
 Tu mihi, Gaspar, eris socius, gratusque minister  
 Sacrorum, trepidusque ingenti & percitus usque  
 Latitia in nostrum cumulabis gaudia pectus.  
 Vos & adesse velim gratissima nomina semper,  
 Et numquam nostro labentia pectore amici,  
 Te Cypriane decus nostrum, te magne Cathena  
 Musarum antistes, quo iudice & auspice quondam  
 Ornauit viridis primum mea tempora laurus,  
 Hesperis optata viris per sacula multa,  
 Non concessa tamen: decuerunt munera nostrum*

Tanta

Potius rationem ha-  
 bendam esse artis,  
 quàm carminis. nā-  
 que ornari res i,sa  
 nequit contēta do-  
 ceri, vt inquit Ma-  
 milius.

Non hoc ad Poēti-  
 cam gloriam com-  
 poni opus, sed ad  
 legentium vtilitatē

Parechasis qua se e-  
 legantius opus xedi-  
 turum: Poēta polli-  
 cetas.

Cyprianus Vergen-  
 sis Monachus theo-  
 -ogus,  
 Ludouicus Cathena  
 cancellarius  
 Complutensis.  
 Laureatus fuit Arias  
 Montanus Cōpluti,  
 anno Christi 1552.  
 qui prius omnium  
 laureū in illa Aca-  
 demia est adeptus.

Tanta caput : magnum duxi tam pulchra tulisse  
 Premia, sed maius te magne Cathena ministro.  
 Te quoque More anima nostra pars altera, te'q, et  
 Altera Serrane, atque ydem duo pignora, quorum  
 Auxilio antiquum nomen, veteresque ruinas  
 Iam reparare olim meditatatur Corduba mater.

Ambrosius Morus  
 Cordubensis rhetor  
 auunculus meus.  
 Petrus Serranus do-  
 ctor Theologus  
 Cordubensis.

Queis etiam si posse frui nunc fat a negarunt  
 Tam longo absenti spatium, si lumina multas  
 Diffluere in lachrymas cogunt sperando, licebit  
 ( Non dubium ) triste hoc fatum mutantibus astris,  
 Optatos nimium notosque reuisere vultus;  
 Iam mihi pro tanto voto cadenda paratur  
 Victimam, iam gratos meditamur pectore versus.

Interea nobis, Gaspar, patientibus adsis  
 Auribus; & si quid tibi vox non grata Camæna  
 Peccarit, lasices si non de fonte petitos  
 Obtulerit semper, nimium diuersa docenti  
 Non idum lucis ignoscas; tradere namque  
 Instituit præcepta tibi, & quæ nomina, quæque  
 Sit ratio ipsorum numerandi disque serendi:  
 Ne tibi inauditas dum tendit fingere voces,  
 Mulcentes dulci sitientia pectora fluxu,  
 Bis tibi sudandum, duplici & querenda labore  
 Nomina sint, & ars, possis quo scripta soluto  
 Sermone & vulgi notulis signata tenere.

Redi ad institutum  
 opus.

Principio quæcunque tibi dicenda parantur,  
 Sine sori strepitus agites cingilia iura;  
 Seu grauis intentes penitus discrimina cause,  
 Seu populos pietate velis constringere, sanctis  
 Legibus, obsequio addictos Diuumque timori;  
 Seu pacem, seu bella cupis suadere, vel ortos  
 In vulgo tenicos dictis sedare tumultus;  
 Vel monumenta Deum recolis, fistosque dierum

Docilitas, qua signi-  
 ficat quem ordinem  
 sequi, & quam velis  
 inire ratione. neque  
 enim ab antiquorum  
 methodo se disces-  
 surum esse, neque no-  
 mina artis vulgata  
 mutaturum: cum  
 ad hoc hanc artem  
 parat, ut antiquam  
 orandi rationem ad  
 nostras causas, no-  
 straque tempora ac-  
 commodet.

Primum commune  
 præceptum, ut in  
 quacunque causa  
 vnus finis statuatur,  
 ad quem omnis in-  
 uentio & omnia ar-  
 gumenta referantur

Cultus,

*Culius, ac meritis extollere laudibus ipsos  
Est animus, ciuemq; bonum sanctumq; senatum,  
Quodcunque aut celebrare decus, virtutis amorem  
Inycere, & sceleris turpeis proponere vultus:*

*Quidquid id est, quod voce tibi proponis agendum,  
Vnius formam statues ante omnia finis:*

*Fingendum excelso fuerit tibi vertice signum,*

*Quo tendas, quod saepe queas repetendo videre,*

*Ne vagus erranti collustrans omnia cursu,*

*Nil tandem lassusq; via, fessusq; labore*

*Efficias, iterumque petens, iterumque recursans,*

*Indigna & populo exhibeas spectacula, qui te*

*Exigat, & turpis tota explodaris arena.*

*Vidimus in templis multos, cum numina Diuūm*

*Laudare instituunt, praeceptaq; sancta docere,*

*Rumpere clamosa constantes voce columnas,*

*Et tamen in cumulum voluentes omnia cacum,*

*Dum varias fingunt species, tentantq; remota*

*Semina miscere & toto distantia calo,*

*Nil praeter somnos tandem aut fastidia suadent,*

*Indigni sacro ascensu, natiq; sinistro*

*Mercurio, atque ausis violantes sancta prophanis;*

*Vnde fit, ut multi vel non ea templa frequentent,*

*In quibus ingratis perdendas vocibus aures*

*Pertimeant, multi risus causasque iocorum*

*Inde petant, indigna pijs deflendaq; facta.*

*Ast tibi tu certos praescribere discito fines,*

*Quos saepe observes dicens, possisque tueri,*

*Conficias quantum ne via, quam plurima restent*

*Tendenti spacia, & ducas spectantia tecum*

*Agmina, dum fixis oculis, dumque auribus haerent.*

*Occurrent olim forsā non pauca volenti*

*Dicere, quae poscant operam, nolintque taceri*

*Singula,*

Hoc in toto opere  
obseruādū est, quod  
singulorum prae-  
ceptorum summam  
duobus vel tribus  
carminibus poeta  
complectitur, ut di-  
scipulorum consulat  
memoriae.

Vitium ostendit eo-  
rum, qui non vnum  
sibi finem ad dicen-  
dum proponunt.

Finis certi constitu-  
tio dicentem ducit  
facile & auditorem  
iuuat, & plurimum  
vtrique confert.

Secundum praece-  
ptum est, ut si quan-  
do plura proponan-  
tur dicenda, vnum



*Singula, & ostentent tibi prætermiffa periculum:  
 Hæc poteris blandè ingenio officioq<sup>3</sup> fouere,  
 Spemq<sup>3</sup> bonam cunctis promittere, dummodo caufa  
 Inferuire velint prima, feriemq<sup>ue</sup> tenere,  
 Et cedant magis optato pro tempore fini;  
 Atque ita difponas, ftatuas fic ordine cuncta:  
 Sic certis fpacijs, vt foluens littore primo  
 Omnia prætereas, & grata voce falutes,  
 Atque obiter præftes operam; fic denique ad ipfam  
 Peruenias metam placidus curfuq<sup>ue</sup> fecundo:  
 Nedum tu innumeris confundere finibus, ipfos  
 Qui fpectant, longo fallas fugiasq<sup>ue</sup> Meandro,  
 Aut saltu per cuncta leui ftigia raptus  
 Præstringas certi cupidos, dubiosq<sup>ue</sup> remittas.  
 Proderit ergo prius quidnam conemur habere;  
 Huc conferre modos omneis, viresq<sup>ue</sup> miniftras,  
 Atque viam tentare, iterumque iterumque timere,  
 Et tentare iterum, donec notiffima fiant  
 Singula, quâ plano poffimus tendere grefsu,  
 Quâve gradu incerto paulatim, atque vnde petitis  
 Subftuere hoc faxis cumulantes aggere firmo.  
 Huic fini fiue huic metæ, quam tangere curat  
 Dicendo fibiq<sup>ue</sup> orator proponit anhelus,  
 Impofuit nomen perdoctæ Græcia lingua,  
 Atque Thema appellans, primum ponenda putauit  
 Totius momenta tibi fermonis habendi.  
 Hoc treis in formas abijt, nec fedibus iifdem  
 Omnes coniunctæ, cupiunt fua quæque tueri  
 Imperia, & proprios fines agnofcere gaudent!  
 Namque genus primum, cum quis laudare peractâ  
 Inftituit ciuis vitam chariue fodalis,  
 Seu memorare Deos cupiat puerosq<sup>3</sup> Deorum,  
 Gefta ducum, & belli fortes aut munera sanctæ*

*Iuftitia,*

tamè inter ea quod  
 ad præfentè caufam  
 maximè pertinet,  
 deligatur, ad quod  
 cetera referantur: vt  
 fi de fide, de charna-  
 te, de fpe dicendum  
 fit, vnus finis ftatui-  
 tur religio, ad quâ  
 omnia hæc referri  
 poffunt. & ira or-  
 dine difponenda fin-  
 gula funt, vt non de  
 pluribus diuerfis,  
 fed cohzrētibus in-  
 uicem verba fieri  
 credantur.

Vno fine certo pro-  
 pofito argumēta ex-  
 aminanda funt an  
 ad finem illū faciāt.  
 Quod fi non omnia  
 quæ inueniuntur ar-  
 gumenta cohzrēt  
 & ad propofitum fi-  
 nē conferre videan-  
 tur: ingenio tamen  
 & arte formanda  
 funt, ita vt quauis  
 non certitudinē pa-  
 riant, probabilitatē  
 tamen afferant. Hoc  
 autem dicitur in car-  
 mine per translatio-  
 nem fumptam ab ijs  
 qui vias aperiuunt  
 nouas.

Quod poeta finē vo-  
 cat, Græci thema ap-  
 pellāt quæ dicto in  
 communi concio-  
 nate rō fuit. The-  
 ma autem pofitionē  
 fiue constitutionem  
 fignificat.

Thema omne ad v-  
 num ex tribus gene-  
 ribus pertinet.  
 Primum genus de-  
 monftratiuum lau-  
 dem vel vituperati-  
 onem perfonarum  
 actionū atque factō-  
 rū & rerū continet

*Iustitia, & leges, & quas pax longa creauit  
Doctrinas, mentis quacunque inuenta quiete;  
Nam sunt qui summis extollant laudibus artem,  
Qua meruit tantos olim Polycletus honores,  
Qua superare vices naturæ creditus olim  
Pingere dum Gnidium numen contendit Apelles.  
Quidam etiam qui non contentus sancta probasse,  
Et meritis laudum cumulis ornasse deorum  
Prolem iustitiam, atque humani nominis vnum  
Præsidium, & nostræ gratissima vincula vitæ,  
Ingenium potuit tantæ virtutis ad hostem  
Vertere, & iniustas dictis extollere fraudes,  
Ac Diuis celo reuulentibus vsque locare.*

*Nec minor est ratio, si quis scelerata malorum  
Exagitare velit facta, aut si fraudis iniquæ  
Cõmentæ, aut si quodquæ nefas, si denique quidquid  
Ferreæ post habitis pepererunt sacula Diuis:  
Hos aditus petere, & solet hinc dicenda parare.*

*Tandem si grates referendæ, est hoc genus vnum,  
Quod sibi præscriptis hæc vendicat omnia normis:  
Cui iam præsentis signatum stemmate nomen  
Demonstratiuum veteres fecere patroni,  
Demonstrat quoniã tantũ reprobũmq; probũquæ:  
Securus, licet, auditor sis, nam hic tibi nullas  
Astruit insidias orator, nullaquæ tendit  
Retia, vt ad proprios furtim te transferat vsus;  
Ni forsã (sed tutum est id) cogaris amare  
Quas probat, & vicia depingit imagine formas,  
Odisse aut dictis quas insectatur amaris.*

*ALTERA dicendi forma est, quæ non sibi solos  
Expetit assensus mentis, contenta probari  
Non fuerit, si non etiam permouerit ipsum,  
Quisquis adest, celerẽquæ manu, celerẽquæ sequẽdo,  
Reddi-*

Carreates philosophus Romam legatus à Græcis missus, altera actione iustitiam laudauit, altera verò iniustitiam iustitiz prætulit. refertur à Quintiliano lib. xij. c. i.

Gratiarum actio ad demonstratiuum genus pertinet.

In demonstratiuo genere nihil suadetur aut dissuadetur. vnde & à nonnullis à Rhetorica ratione reicitur: nam Rhetorica ars est bene apteq; dicendi ad persuadendum.

Secundum causarũ genus deliberatiuũ dicitur, coniectiue suasionem & dissuasionem ad populum res causas maximè optum, & cuius præ-

Reddiderit quæ auidum quæ sunt orata patrandi,  
 Siue sequenda ferat, magè seu fugienda profetur  
 Orator, cum bella cupit suadere, ducesquæ  
 Seu pacem, seu prætore, seu iura nouanda,  
 Siue probet leges, siue auerfetur iniquas;  
 Supplicibus votis seu poscat munera Diuos,  
 Siue malum terris auertat, flectat & iras  
 Numinus orando, siue oburgare relictum  
 Officium gnato cupit, infidoquæ sodali:  
 Iam si quis charum precibus commendet amicum,  
 Marorem ne paret socijs dicendo leuare,  
 Hoc genus est, huc se recipit, petit hincquæ ministras  
 Voces. Heu numquam te incessat dira libido  
 Poscere, quæ noris nimium nocitura parando,  
 Quæ ne tibi solum commendet fœda voluptas;  
 Præterea & nihil est iucundum atque utile in illis,  
 Plusquæ aloës quàm mellis habent, specièq; maligna  
 Virtutum pulchras possunt disperdere formas.  
 Errator, non est orator, quisquis iniquus  
 Contendit placidis suadere nocentia verbis.  
 Diuinum, quondamquæ in commoda nostra repertum  
 Hoc fuit, & priscos homines à lege ferarum  
 Ad placidos usus vitæ & connubia iusta  
 Transtulit, hoc ciues coniunxit legibus aquis;  
 Hoc socias iunxit quæ manus, communia sua sit  
 Commoda, & humanum deuinxit pectus amore:  
 Antiquas Thebas (notissima fama) canendo  
 Surrexisse olim, lapidesque venire coactos  
 In numerum, & pulchris distinguere mania portis.  
 An ne erit (heu facinus) qui iam formata quietis  
 Et pacata diu sub sedibus audeat unquam  
 Diruere, & versis confundere vocibus vltro?  
 Non mihi perdendi, sit copia sola iuuandi.

cipiunt vsus hodie  
 est in Christiana re-  
 ligione. ad hoc ge-  
 nus multæ pertinet  
 species quas serè  
 omnes enumerat  
 Poëta.

Omnis ars ad viri  
 vilitatem repetita  
 est: & rhetorica ma-  
 ximè ad ea quæ ho-  
 nesti, iusta, & utilia  
 sunt suadendi ab an-  
 tiquis in artium nu-  
 merum est redacta:  
 ex quo fit vt graui-  
 ter peccent illi, qui  
 ad suadendum inho-  
 nesti, turpia, & inu-  
 tilia, Rhetoricæ ar-  
 tis officio abutuntur.

τὸ ἀγὲρ ὁ λόγος  
 altera, qua ostendit  
 huius artis excogi-  
 tandæ finem.

Ex Mythologia ve-  
 teris fabulæ arguit  
 Rhetoricæ vilita-  
 tatem.

Tertium genus thematum sine causarum iudiciali vocatur, continens accusationem & defensionem. in civilibus autem & criminalibus caulis vocatur.

*Tertia dicendi pars est, quæ crimina seu  
Accusat, quodcumque nefas scelerisq; maligni  
Ausa, vel officium præstandum, iura, fidemq;  
Postulat, aut dictis studia in contraria versis  
Elevat obiectas fraudes, aut crimina vite,  
Defenditq; reos libertatemq; loquendo  
Molitur: tandem hæc agit at quæcunque bilibris  
Iustitia exercet, numerisque examinat equis. 33  
Hæc movet una forum, lites strepitusque frequet at. 35*

Oratorem studiosissimum sui artis, & nulla in re negligentem esse oportere.

*Si quæ res studio indignit duroq; labore,  
Hæc una orandi magnis sudoribus usque  
Indiget, & totos conatus exigit una,  
Et commenta diu meditata, & lancibus equis  
Explorata diu: nam si reliquis ego forsan  
Doctrinis fallar, si non nimis anxia cura  
In cunctis mihi sit, nostris ego negligo tantum  
Id damnis, mea res agitur, vel forte meorum,  
Quos doceo, quibus & minimum fallendo nocebo.  
Non etenim Solisque viam caliquè meatus,  
Atque vagos Luna cursus, & sidera toto  
Fixa polo dum demonstro, si quando fefelli  
Exacto in numero motus, aut tempore certo,  
Continuo decus auertam, nec munera Solis,  
Nec deerit placidus terra quem percipit usus,  
Sydera constabunt, constabunt tempora veris,  
Autumni atque hyemes sua per vestigia rursus,  
Errore & nihil illa meo tar data, redibunt.  
At multum sibi quæ & multis incommodat errans  
Orator; nam cum cupiat suadere loquendo  
Astantem populum, placidisquæ impellere dictis,  
Ut spernat quicquam fugiens, avidus ne sequatur;  
Aut nihil efficiet, nimium ve aduersa petitis;  
Dedecus unde sibi molitur, deterit omnem*

Confirmat propositionem hoc argumento in iis artibus, quarum finis est sola cognitio, aut nullo aut leuissimo erratur periculo; in quibus vero artibus præter cognitionem finis est actio, gravissimo periculo erratur.

Dicendi fructum, & cui sit res commoda, fraudat.  
 Heu mihi non unquam contingat, quod quis iniquo  
 iudicio est ausus, sibi dum præconia captat,  
 Et nomen docti nimium facilisq; magistri,  
 Conspicuus solet is conscendere pulpita sæpe  
 Dicturus promissa Deum, obsequiumque fidemq;  
 Non ullo prius arrepto sibi tempore tantis  
 Cogendi in formam rebus sacrasq; videndi,  
 Argumenta parat causæ dum commoda, chartas:  
 Turpius id multò, quod sese ante omnia iactant,  
 Nil legisse prius, nil consuluisse deorum  
 Arcana, & nec sacra Patrum commenta piorum.  
 Ergo ne ita in miseros populos eluditur, ut non  
 Dignos ipse putes, queis horam impendere tantum  
 Nempe velis? sed dicta queant, quacunque mereri  
 Eximias laudes, & munera quæ tibi cuncti  
 Supplicibus mit. ant votis, admissaq; gaudent  
 Esse tibi, quæ tu non tempore respuis ullo:  
 Ergo nihil ducis cuiusnam munia tractes;  
 Quam rem agites? Diuû tibi dum cõmissa docenti  
 Relligio, dum verba Deum sanctissima narras  
 Arcanis inclusa libris? quos non sine magno  
 Fas erat ulli hominum vel conspexisse timore.  
 Sint procul à nostris, procul hæc sint, mentibus ausa;  
 Atque optem potius, tardi crassiq; tenere  
 Ingenij nomen, tantum respondeat ipsum.  
 Officiis factum, Diuis populisq; probanda  
 Dicamus, tanta & pro maiestate pauentes.  
 Namque olim vindicta Deum testata minaces  
 Est iras, ac sæpe cadunt, qui sancta timere  
 Non norant, tractant leuiter, temereq; frequentat.  
 Quis dirum nescit fatum miserabilis Osæ?  
 Auspicium captans felix Bethlemmius Heros,

Damnat eos qui fa-  
 cilitatis laudem af-  
 fectantes, studium &  
 diligentiam ad sacras  
 conciones adhibere  
 negligunt. explodē-  
 dos autem censet,  
 propterea quòd re-  
 ligionis, operis &  
 hominum contem-  
 ptum fateantur.

Probat non esse af-  
 fectandam negligē-  
 tiam aut temerita-  
 tem in rebus sacris,  
 exemplo Osæ, qui  
 subita & miseranda  
 morte extinguitur.

quoniam mysticam  
Dei arcam n inus  
religiosè conre-  
tare est ausus. histotiã  
legimus secũdo lib.  
Reg. cap. 6. & 1. Pa-  
ralip. cap. 13. quam  
hoc in loco Poëta  
elegantè & poëticè  
narrat, ac obiter  
quæstiones quæ cir-  
ca eam versantur  
disputat.

Iessiades David.

Hæc omnia ex Psal.  
107. & 117. & ex  
Exodilib. sumpta  
sunt.

De Cariathæis transmissam sedibus arcam  
Instituit patriæ sacrandam manibus urbis:  
Illa Dei fuerat sedes augusta superni,  
Quam super, & iudex, certa & responsa daturus  
Astabat, vindexquæ Deus, populoquæ stupenti  
Dignatus certis fuerat se ostendere signis:  
Dumquæ ipse accitis coniungit carmina sacris  
Iessiades numen celebrans, dum candidus Epho  
In numerum ludit citharæ momenta secutus,  
Turba nouo excipiens venientia numina plaustro  
Occurrit supplex palmis, & vota frequentat:  
Iam circum ingentes pulsabant sidera voces,  
Intonsi imprimis pueri, innuptæquæ puellæ  
Alternis sacras patrio sermone camœnas  
Concelebrant, & prisca nouant monumenta, ducẽq;  
Conclamant regemquæ Deum, imperioquæ potẽtem,  
Cui mare, cui terra, & rupes, cui flumina cedant,  
Quem montes nec ferre queant, concussa tremore  
Quem tellus magno paueat, fumarisquæ salutet:  
Has citharæ voces referunt, resonantia rauco  
Tympana congeminant pulsu, certantquæ sonora:  
Sistra crepant, resonantquæ cauis tinnitibus æra.  
Dumquæ omnes variè pompam celebrare, diesquæ  
Sollicitant festos, atque hospite numine gaudent,  
Ecce nouis plaustrum tremit axibus, ipsa ruina  
Arca minabatur nutans similisque cadenti:  
Nam bos, seu stimulis actus, seu percitus cæstro,  
Seu magis impositum numen presentiat, atque  
Contremat, is sacro sub pondere contrahit artus,  
Collaquæ non vsquam talem perpeffa laborem.  
Ferte duo fratres proles Nedabæa magistri  
Astabant plaustrisquæ duces, Achaius alter  
Præcedit, monstratquæ viam, ducitquæ iugales:

Achai & Oza filij  
Nadab de Caria-  
tharim.

Alter

*Alter agit retro stimulisq̄, opponitur Osidas:  
 Hic dum sacra putat, iam collapsura, morandis  
 Impatiens, ac nil veritus, ceu numina iactans  
 Contrectanda sibi, patriis quæ in sedibus olim  
 Asseruata, modo nota de sede migrarent,  
 Accurrit, manibusq̄, sacrum temerarius audet  
 Tangere, & impulsu melius super axe locare.  
 Protinus accensas persensit numinis iras,  
 Heu puer infelix, subita nam morte peremptus  
 Concidit, & miseros artus conuulsaquæ membra  
 Prouoluit, terram pulsans bis tæque quaterque;  
 Tristiaq̄, ostendit cunctis spectacula turbis;  
 Iamquæ oculis fixo, & visu calumquæ tuenti,  
 Iam muto gemitu, commotisquæ artibus ipsos  
 Innuit ultores superos, testatur & iras  
 Numinis, atque docet sanctum suadetquæ timorem  
 Protinus erectus ventura in sæcula aceruus  
 Indicat, ultrices iras, aususquæ prophanos.*

B. 2

RHETO-

## R H E T O R I C O R V M

## L I B E R I I.

N V N C age quæ ratio statuendi, Gaspar, in ipsis  
 Partibus, & quæ sit cuiusvis forma, docebo:  
 Ut varios ineant saltus, indagine lustrent  
 Diuersa, quarantq; & opes, & commoda captent.  
 Nec mihi diuersus vulgato nascitur ordo,  
 Nam fuerint nobis nusquam linguenda priorum,  
 Ostendenda tamen celebri vestigia cantu:  
 Sic poteris, dum tu obseruas, dumq; auribus ipsam  
 Pertingis comitis vocem, non fallere gressu.

Propositio qua ostendit se de singulis causarum generibus dicturum, quæ scilicet inuentionis ratio in vnoquoque eorum obseruetur.

Primum commune præceptum, in quocunq; argumento & in quacunq; causa considerandum esse quod sit pondus quævis expectata, & quid sit illud, quod si præstiterimus firmam nobis causam efficiet: & patroni officium explebimus. Admonet non omnes causas eandem habere probationis facultatem. nam quædam sunt quæ facile præbent argumentorum copiam ad sui probationem, vt si de vtilitate iustitiæ agatur: quædam vero quæ difficiliorem viam ostendere videntur, vel si differatur iniustitiâ non nunquam vtilem esse, in his maiori ingenio opus esse, in illis minori. Exemplo explicat quod superius docuit. Pellexo milite, Alexandri exercitum.

Iam quod opus cumq; & quacunque negotia tempus  
 Offerat, aspicias, & quæ sint, quid sibi postcant  
 Discute, non etenim frustra venere rogatum  
 Ut placidam præstes operam, assistasq; patronus.  
 Tum tibi præscriptos habeant quos singula fines  
 Pone oculis animoq;: & certus cerne, procul nam  
 An prope sint forsitan: nam sunt quæ longius absunt  
 A fine, & quibus haud multum sit semita nota.  
 Tota tibi quæ se tradunt ducenda, petuntq;  
 Maiora ingenij auxilia ex te totaq; pendent.  
 Et sunt quæ spacio distant breuiore, tenentq;  
 Iam ferme signum, minus hæc tibi dura minusq;  
 Sunt operosa tibi, facile deduxeris ipsam  
 Ad metam, properant ipsa & præcurrere gaudent:  
 Hinc maior tibi laus cedit, minus inde laboris:  
 Res gestas regumq; decus Mauortia bella,  
 Atque triumphatum Pellæo milite mundum,  
 Cunctaq; regna olim terraq; marisq; subacta,  
 Cui non sese illa ostentant? quem non sibi callem  
 Pandunt? non deerit quid dicas sola secuto  
 Agmina, & instructas acies, seriemq; notanti,  
 Fortunam.



Fortunam belli, pradam, captaq<sub>3</sub> tumultus  
Gentis, & ipsa ducis resonantia nomina ouantis.

Si tamen exiguo nobis tum cortice, quo se  
Hyblaumq<sub>3</sub> thymum, flores aut pasta salicti  
Claudit apes, regnum inuenias, regesq<sub>3</sub> ducesq<sub>3</sub>,  
Et pacem, atque decus rerum, sanctumq<sub>3</sub> senatum,

Iuraq<sub>3</sub>, legesq<sub>3</sub>, & communis commoda vite;  
Incendas animos furiis, iraq<sub>3</sub> tument  
Sollicites vix dum capientia pectora nomen:

Iamq<sub>3</sub> acies cuneosq<sub>3</sub> struas, geminamq<sub>3</sub> phalangem;  
Et tuba de tenui resonet lituusq<sub>3</sub> susurro:

Hoc opus, hic labor est, tibi nam formanda petuntur  
Cuncta hac, orantem agnoscunt viresq<sub>3</sub> negatas  
Natura, ingenio sese debere fatentur.

Imprimis quaecunque mihi exornanda parentur,  
Nuda prius videam, gracili sint corpore, sint ve

Robusta, & densis constant compagibus artus:  
Sic melius possim sinuosis vestibibus illa,

Hac habitu tantum facili circumdare, nilq<sub>3</sub>  
Supplebo, nihil implebo: namq<sub>3</sub> omnia recta,

Omnia plena sibi consistunt. Id quoque multum  
Contulerit suscepta prius distinguere, quod nam,

Quaq<sub>3</sub> genus seruent: nam si persona sit, aut res,  
Non eadem tentanda via est, diuersa petentur

Ornamenta locis variis, diuersa sequentur  
Tempora ponendi ornatus, ratioq<sub>3</sub> locandi,

Vt cuique & vis est, utq<sub>3</sub> est natura, decebit.  
Ne grauius leuia, aut calidis ne frigida sunt

Mista; nec in caco voluantur corpore cuncta,  
Nec finis decet imprimis, nec prima locantur

Partibus extremis: sapiens natura dedit iam  
Et seriem certam, & leges, quas ipsa frequentat:

Huius qui insistit gressu, & vestigia longè

Exemplum minoris argumenti, & ab ingenij fecunditate pendentis. quale argumentum Maro felicissime percutus est quarto Georgicorum lib. ad quod exemplum hoc in loco alluditur.

Docet tenuiora argumenta variis & accommodatis argumentis amplissima, exornandaque, quae verò fecundiora sunt, simplicius exponenda. de qua re latius agetur, cum de locis communibus tractabitur.

In quocunque genere aut agitur de personis aut de rebus: in omni autem genere naturae ordinem sequi oportet, quod & ad discedendum & copiose dicendum plurimum confert, & memoriam dicentis atque auditoris iuuat maximè, ut suo in loco ostendatur.

Sicut rerum diuersitas est, ita & orationum quae ad res accommodari debeant. Oratorem autem naturam rerum maximè perspicuam habere oportet.

Obtinet, orator nobis sapiensque videtur.

Virorum laudatio à patria sumit inuicem.

Ergo virum qui laudabant, urbemque larémque,  
Et natale solum longè patriamque petebant:

Querebantque loci ingenium, noménque sitúque,  
Quas artes, quos ille viros qua magna foueret:

Edocti cunctas partes, atque inde reuerfi  
Plurima suscepta referebant commoda laudi:

Illustrant nam saepe homines vel nomina solum,  
Et titulus patriæ, magno & discrimine refert

Romanus fuerim, doctis aut natus Athenis:

Ingeniosi oratoris est, ibi laudem inuenire, vbi nulla est laus.

An Scythia, vel gelidi productus ad ostia Ponti.

Quod si lustrata patria nihil inde tulissent  
Dignum fama olim, nam cuncta obscura iacebant:

Corrigere ingenio poterant, & vertere laudi

Maiori, tanta est oranti parta potestas:

Iam noua dicebant celo cunctis que stupenda

Signa dari, magnumque virum, quem cura deorum  
Finxerit à patria diuersum gente nouumque,

Secundus locus est à sexu, siue mas siue foemina sit de quo dicimus.

Et patriæ decus eximium gentisque futurum.

Nec leuiter curant natura quid afferat illis

Ingenio sexus: varias hinc vertere formas

Laudando norunt, fuerit seu foemina, seu vir.

Nam iuxta sexum vires ostendere, laus est:

Si rectè ostendas: si vincas munera sexus,

Laus maior; latè locus hic diffunditur, atque

Plurimus occurrit, dicenti plurima praefert.

Tertius locus à parentibus.

Nec minus est, quibus è patribus sit natus, habere;

Obscurus, primumque nitens, an stemmate auito

Lampada, virtutes patrias, lucemque sequatur.

Ab ingenio & disciplina, & ab his artibus quæ ad ingenium pertinent, tertius locus.

Ingenio quo sit querendum, quisque magister

Astitit, & quas res didicit, queis artibus auctus

Imbutusque fuit, docuit quid, praebuerit qua

Doctrina exempla, ut cuncta illi tempora vitæ

Disper-

*Dispertita patent, & quoniam exercita cultu,  
Quid dignum gessit, rebus quæ præmia gestis.  
Ipse etiam à cunctis spectabitur exitus, atque  
Quid suprema dies ostendat, quòq; decore  
Decedat, quid fata probent, utque ultima primis  
Conueniant: gelidos cineres quæ fama secuta est.*

„*Idem suscipitur vitæ & dicentibus ordo.* Summa omnium locorū.

*Iamq; erit, utque locos cunctos lustrando pererres,  
Sed vacuos videas plures, nihil inde labori  
Suscepto proprium inuenias ac laudibus aptum;  
At forsàn magis infame id, dignumquæ notari:  
Nil desperandum, namque hæc potes ingenioquæ  
Artequæ mollire, & minus usque nocentia verbis  
Reddere, namque solet cantando vertere serpens  
Naturam immanem, posito & cessare veneno:  
Iamque olim cultu assiduo nimiumq; fouendo  
Dum cauet interdum, interdumquæ audacius heret,  
Blandius & tractat manibus, parère magistro  
Naturæ oblitus vidi nemorisquæ leones;  
Donec per vicos, donec per compita cunctis  
Tractanda squæ iubas & acutos præbuit ungues;  
Et iucunda sui præstat spectacula, qui nunc  
Horridus & cunctis nimium intractabilis ibat.*

„*Nil seuum usq; adeo est, quod non mitescere sit spes,  
Si modo non cultus, si non patientia desit.*

*Sic ego dumq; locos repeto, dum lustra reuiso,  
Si quid in his toruum inueniam, natumq; nocendo,  
Audebo, & cunctas paulatim verterò firmas,  
Iamquæ fouens, etiamquæ cauens, nil seuus, amico  
Tractabo, donec tandem mansueta videnda  
Exhibeam populis, nimium mirantibus artem,  
Ingeniumquæ meum, possim qui vertere laudi,  
Omnibus horrendum quod sit, nec laudibus aptum.*

B 4 Atq;

A totius vitæ cursu  
& exemplis morū  
& doctrinæ, quartus  
locus.

A iudicato quintus  
locus: hoc est ab opinione  
de moribus & vita eius de quo  
agitur, quo in loco  
narratur præmia ob  
res gestas accepta.

Sextus locus ab exitu  
vitæ quam honestū  
moris genus obierit: qui locus in diuorū  
laudibus amplissimus est: maxime  
autem ad martyrum encomia accom-  
modatus.

Septimus locus, à fama  
quæ post mortē sequitur, quo in loco  
miracula collocantur, quibus sancti  
virī post mortē claruerunt.

Antipophora quoad  
cet quid agendū sit, cum nullum argu-  
mentum ad laudandum in superioribus  
locis inueniatur, aut forte argumenta oc-  
currant vituperij potius quàm laudis.

Si tale (inquit) quippiam  
occurrat, excelsendum est arte, &  
paulatim insinuan-  
dū auditoribus verborum mutatione  
aut alia quapiam ratione.

Similitudinibus duabus ostēdit omnem  
feritatem industria atq; arte mitescere.

Prudentissimum  
 præceptum ad ean-  
 dem rem. Si, inquit,  
 in aliquo loco ali-  
 quid offenderis om-  
 nino inuidiosum,  
 præmittendus  
 est locus ille; neque  
 omnino mouendus,  
 ne totam corrumpat  
 orationem. Verbi  
 gratia, Si in lauda-  
 tione cuiuspiam, cum  
 ad parentes, qui se-  
 cundus locus est,  
 ventum fuerit, in-  
 uenimus patrem e-  
 ius qui laudatur ty-  
 rannum, aut patriæ  
 proditorem fuisse;  
 nulla patris mentio  
 habenda est. itaque  
 prætercurrere oportet  
 hunc locum, ac  
 si necessarius non  
 esset, neque ex arte;  
 quandoquidem vel  
 ipsa nominis recor-  
 datio acerba & in-  
 usita auditoribus fu-  
 tura est.  
 Secunda pars huius  
 generis factorum lau-  
 datio, tribus è locis  
 eruitur.  
 Primus locus in lau-  
 dibus factorum est  
 honestas, omnium  
 locorum pulcherri-  
 mus, & humanorum  
 factorum optimus  
 finis.  
 Secundus locus, fa-  
 cilitas vel difficul-  
 tas.  
 Exemplum huius  
 loci ex laboribus  
 Herculis.

*Atque adeò si nulla boni momenta mali ve-  
 Comperiam, populo ve nimis suspecta, nimisq;  
 Inuisa, & toto omnino explodenda teatro,  
 Quocunque ipsa modo studeam, tendamq; profèrri:  
 Pronidus hæc nunquam tentabo, quiescere passus  
 Sedibus in propriis, præteruolo protinus, atque  
 Quæro mihi propriumq; magis, meliusq; futurum.  
 Immo etiam interdum prudens ea lustra tenebris  
 Occulo, & iniectis saxis atque arbore tota  
 Dissimulo; iam cuncta loci vestigia furtim  
 Deleo, ne auditor quicquam putet inde petendum.*

*Quod si facta virum, regum, vel gesta ducumq;  
 Aggrederis laudare, tribus de partibus omnem  
 Dicendis cumulum rebus congesseris, unum est  
 Quid deceat nosse, et pulchrum quid, quid sit honestum.  
 Hic figendus erit factis ante omnia finis: „  
 Huc primùm vertendi oculi, atq; hæc prima petendū „  
 Præmia, ne vitam quicquam deforme per omnem „  
 Altera laudandi rerum pars ponderat ipsas  
 Tendendi vires, quanto sudore parentur,  
 Quasque vias habeant, & quanta pericula primùm  
 Vincenda. Alcidem quantis latratibus horrens  
 Riëtibus, & quantis tentato terreat orco  
 Cerberus: ille tamen victum vinctumq; catenis  
 Presserit, atque Herebi tandem penetralia fortis,  
 Plutonisque domos subiens turbamq; stupentem  
 Immanes ausus Furiasq; coegerit ipsas  
 Cedere, & obiectis frustra cessare colubris:  
 Optatis donec spoliis prædaq; superbum  
 Attoniti tantis ausis, plausuq; benigno  
 Lux ipsa, ipse dies totusq; exceperit orbis.  
 Nam quæ difficili constant magnosq; petuntur „  
 Conatu, voluere fore hæc pulcherrima Diui. „*

Si qua breui tamen & facili sese obuia cursu  
 Exhibeant, est quod laudes, miserata labores  
 Esse hominum, & tenues vires, & tempora vitæ  
 Angusta, hinc magis se nobis vicina dedisse,  
 Prompta quæ ceu pluuia, ceu lumina Solis & aure.  
 Illud sæpe etiam rerum ostendisse memento  
 Laudator, quos hæc fructus quidquæ utile portent.  
 Maxima pars hominum vilissima premia postcit,  
 Hæc sequitur, toto quæ petit sibi commoda voto,  
 Posthabitis nudam ostentant quæ pulchra figuram.  
 Nil etenim refert, facias quæ exercita nullos  
 Sint habitura usus: vagus ut si flumina circum  
 Ipse erres leuibus testis leuibusque lapillis,  
 Dexter ut oppositam semper iaculatus in oram  
 Traijcias undas saltu lambentia summas.  
 Esse igitur pulchrum, magnumque, esse utile porro  
 Quod dictis ornare paras; ostendere, laus est.  
 Atque eadem rerum est species, factique probandi.  
 Unum etiam multa amplexum præcepta docebo,  
 Si meminisse queas. Ex paruis maxima sæpe  
 Sermone efficiunt docti sandique periti,  
 Instantes operi exiguo, tempusque trahentes.  
 At si suscepto interdum metuere labori,  
 Laxatasque vident libras, leuioraque massæ  
 Pondera, surripiunt ascitas undique furtim  
 Particulas, videas & opus procedere, nec tibi  
 Deprendas furtum, color vnus, & una figura est.

Nec tibi nunc longam rursus præscribimus artem,  
 Qua turpes hominum mores, atque impia facta,  
 Res quoque non pulchras damnes, infamia rerum  
 Atque hominum versis, quas diximus ante probandi  
 Artibus ostentat sese: non exigit vlla  
 Præcepta: atque utinam non illaudabilis usquam

Quæ factu facilis  
 sunt, sua laude non  
 carent, vel ex eo  
 quod ad nostram  
 imbecillitatem se  
 accommodant.

Tertius locus utili-  
 tas, quæ sola plures  
 homines ad agendum  
 excitare solet.

Non immerito in  
 factis expectari vti-  
 litatem: nam si om-  
 nino inutile quip-  
 piam sit, nullo stu-  
 dio aut labore dig-  
 num est.

Summa locorum.

In rebus laudandis,  
 eadem ratio quæ in  
 factis omnino est.

Admonet res exi-  
 guas interdum ser-  
 mone amplificandas:  
 quod si ipsa res ste-  
 rilis sit ad ampli-  
 ficandum, ex aliis re-  
 bus & rerum ratio-  
 nibus amplificatio-  
 nis materia paratur

Quandoquidem ea-  
 dem oppositorum  
 disciplina est, docet  
 Poeta vituperatio-  
 nis artem totidem  
 locis constare, quot  
 laudatio; sed omni-  
 no oppositis.

Optare se, inquit, ut  
 nulla res vitupera-

lilis esset, nullūque ad vituperandū ars. sed & multa sunt, quæ vituperari possint, & plures artis huius periti quàm par esset.

Alludit ad Evangelium Matth. cap. 7.

Secundum causarū genus continet suasionem vel dissuasionem.

Deliberationum appellari genus hoc; huiusque appellatio nis rationem reddit.

Nonnunquam contingit ut orator suadere studeat nō præstantissima, sed quæ ipse cupiat eligi.

Enumerat causarū species a genus hoc pertinentes. Hæ autem sunt petitio, negatio, exoratio, dehortatio, cōsolatio, precatio, vota, oratio religiosa, & aliz res, quæ in suasionē veniūt, aut dissuasionem, cuiusmodi argumenta frequentissima in sacris concionibus sunt.

*Materies, nusquam extarent præcepta premendi.*

*Omnia laus fierent, laudandaque cuncta darentur.*

*Nunc facinus facile est, facile & latrare patrato,* 33

*Innumeros videas carpendi sæpe magistros,* 33

*Qui proprio quacunque sinu sensere foueri* 33

*Obliti, & quasnam gestent in pectore flammæ;* 33

*Exagitant errata hominis communia fratris.* 33

*Heu seclum infelix & rerum perditus ordo.* 33

*Altera dicenti cura est suadere, vel alto*

*Pectore conceptos motus, animoque petita*

*Diruere, optatisque auertere finibus ipsum,*

*Quisquis adest, cuiusque agitur res, unde vocatum*

*Hoc genus est quod proposita deliberat in re.*

*Nam suspensa pari discernit pondera lance*

*Utraque iudicio, librisque examinat æquis;*

*Quidque premat, trutina, aut possit quid tollere cautus*

*Prævidet, & partem dicendo suadet in illam,*

*Quæ grauiora sui ostendit momenta, probatque.*

*Interdum orator cautus compellere fertim*

*Alterius lancem partis solet, ipse parari*

*Quam cupiat: quoties æquantur pondera filo*

*Ancipiti, quotiesque videt magis illa foueri*

*Quæ minus ipse velit, vel quæ nocitura putauit.*

*Hic labor ingenij est, hæc artis maxima virtus.*

*Multa quidem ex rebus pars hæc sibi vendicat: inde est*

*Quod petimus, quod & aduersi persæpe negamus,*

*Quod dubium incertumque via compellimus ire:*

*Aut auidum instantemque operi reuocamus amicum.*

*Solamenque mali præstabitur inde, precesque,*

*Votaque sacra Deum, & quacunque negotia nobis*

*Cum celo, quacunque oret quis numina supplex.*

*Omnia quaque pia tibi sunt suadenda corona:*

*Siue animos pulses pauidos, Diuumque timorem*

*Incutias, errata hominum seu carpere cures;  
 Et penitus detestandis auertere factis.  
 Hinc fas, hincque nefas, hinc certa piacula suade;  
 Sive fidem, seu spem diuam, certa que salutis  
 Pignus, & in cunctis solatia dia periclis.  
 Huc ducas charum cum commendare sodalem  
 Fortè velis, quacumq; cupis infectaue factaue,  
 Et pete qua rata vel fieri vel tu irrita postcas.*

Commendatio est  
 ad hoc genus refer-  
 tur.

*Argumenta petes animis orator agendis,  
 Proposito imprimis pulchro; nã quidquid honestũ est,  
 Viribus obnixè summis summoq; petendum  
 Conatu, ipsa sui præfert sibi præmia virtus:  
 Hanc quisquis norit, sensuque hanc quisquis acuto  
 Viderit, o quanto feruens agitur amore!  
 O quanta hunc rapiunt nostrarum obliuia rerum!  
 Felix ille animi cui iam mortalia nulla  
 Sunt cordi, superis iam conuersatur amicis,  
 Sydera iamque habitat, iam terras despicit omnes,  
 Terrigena & terra præsens, gaudetque benignis  
 Muneribus Diuũ, sapiensque & lumine puro  
 Peruidet errores hominum ratione carenteis,  
 Et docet, & placida suadet meliora loquela.*

Primus in hoc ge-  
 nere locus est Ho-  
 nestas.

Honesti laus et com-  
 mendatio.

*Primum igitur sit sancta tibi pulcherrima rerum  
 Virtus, illius nunquam vestigia linguas,  
 Quo te cumque feret cedas, agilisque sequaris,  
 Sive per angustos calles, sive ardua monstrat,  
 Pronave, præcipitemque tibi minitantia casum,  
 Fortem animum præstes: nihil hanc tenebrosa viarũ  
 Sollicitant, nil cuncta mouent discrimina: vinctes,  
 Vinctes; hoc illi Diuũ sator atque hominum rex  
 Præstitit, ut voto numquam frustrata coronam,  
 Nomen & aeternum, non & casura reportet  
 Præmia, deuentis vel qua fortuna periclis*

Expositio cum ex-  
 hortatione ad vir-  
 tutem capefendam

Obij-

*Obijciat, vel quæ inuidiæ commenta maligna,  
Quæquæ metusquæ minaquæ truces; nõ fulmina ter-  
Virtutem, non assiduis agitata procellis (rens  
Aequora: non magno concussum murmure calum.*

*Hæc tibi, cùm suades, dicenti prima locabit*

Munus honesti, id  
est, ratione honesti.

Virtutis & hone-  
statis præcepta in  
sacris libris potissi-  
mum continentur,  
quorum prior pars  
est vetus Testamē-  
tum.

Arabum in mōtib.  
i. in Sina Arabiæ  
monte.

Iebuseæ arces sunt  
Hierosolyma.

Nouum Testamen-  
tum continet Euan-  
gelia & Apostolorū  
scripta.

*Fundamenta, dabisquæ operam quò munus honesti  
Preponas, ipsum celebres, & pectora vulgi  
Concutias sacro affectu & virtutis amore.  
Plurima ad hoc dederint sacra tibi munera chartæ,  
Quæquæ olim Hebrais Patribus dictata leguntur,  
Aut Arabum celsis in montibus aut Iebuseis  
Arcibus, intra aditus Solymiquæ oracula templi,  
Quæquæ per æternam sobolem Deus ipse stupentis  
Edocuit populos quondam, gnatumquæ loquentem  
Visibus humanis & nostro præstitit orbi:  
Et quæ per charos comites sociosquæ laborum  
Sanctarum interpretes legum Deus ipse supremo  
Patre satus, populiquæ salus, certusquæ magister  
Tradidit, inquæ pios post se vulganda reliquit,  
Diuinis ergo ex verbis repetemus honestum  
Et pulchrum; nam certa sonant, nec fallere quicquã  
Norunt, diuersum ve via seducere auentem  
Discere quid proprio referant pia numina dicto.*

Post Diuinos libros  
commendat Ponti-  
ficum decreta, & cõ-  
ciliorū: deinde san-  
ctorum auctorum  
monumenta, & tan-  
dem omne scripto-  
rum genus quod ad  
formandos mores  
conducit.

*Hoc primum repetas: post hoc tibi prisca loquãtur  
Scripta virum, leges aquæ sanctumquæ secuta  
Lumen, & à sacris manantia iura loquelis:  
Virtutum scriptas formas verosquæ colores,  
Et totam pulchri effigiem vnde vnde petitam.  
Multa leges, multa & volues; nã plurima sunt quæ  
Expedi orantem variè didicisse; perennem  
Si cupiat laudem, proprium si expendere curat,  
Ut deceat munus, si publica commoda capter.*

Secundus locus ad  
suadendum vtilitas

*At quoniam non vna hominum mēs oibus aqua est,  
Non*



Non eadem visus acies, qua cernere possint  
 Vera bona, atque omnes non in virtutis amorem,  
 Non in pulchra omnes amoto errore feruntur.  
 Sed bona pars falsa specie decepta bonorum  
 Utile preponit pulchris, & commoda laudi,  
 Dicentis studium fuerit coniungere honestis  
 Utilia, & vulgus forma percellere utraque.  
 Interdum coniuncta patent, seriemque bonorum  
 Conseruant, vno deducta ex fonte, suaque  
 Natura fuerint idem: cumque utile honestum  
 In socias abeunt formas, unamque figuram:  
 Hoc mage querendum est, facilis nam constat agenti  
 Suasus, si formam liceat proponere eandem  
 Utilis & pulchri: nemo est qui ferre recuset  
 Pondera, que magna captus mercede subiuit.  
 Pulcher honos raros capiat, quos sidera magnos  
 Finxere. Ast molles animas vulgusque videmus  
 Premia, mercedes operum, quodque utile credant,  
 Viribus hac summis summoque parare labore,  
 Et petere: hinc magnis olim tentata periculis  
 Aequora, & hinc dubiam que ostentant bella salutem;  
 Hinc rastros est passa graues, hinc Dædala tellus  
 Defossamque latus, penetrataque viscera questa est  
 A propriis natis, occultum ut redderet aurum,  
 Queque sinu celata diu sunt munera auaro:  
 Tantum animos viresque mouet spes utilis ausi.  
 Has formas atque hæc rerum momenta parabunt  
 Propositi rebus fines atque exitus ipse:  
 Cætera que audentes sociabunt, queque sequentes.  
 Ipsum etiam se sponte oculis præferre videndum  
 Utile sæpe solet, speciemque parare probandam:  
 Quippe minus diuina gerat primordia, crassum  
 Sit magis, & duros possit pertingere sensus.

Utile nonnunquam  
 cum honesto con-  
 iunctum est.

Utilitas plures ad  
 se rapit, honestas  
 autem meliores.

Docet multas artes  
 ob utilitatem in-  
 uentis fuisse.

Epiphonema.  
 Utilitatis ratio cog-  
 noscitur ex fine &  
 euentu rerum agen-  
 darum, deinde ex  
 circumstantiis.

Utilitatis ratio no-  
 tior est & vulgo  
 probabilior, quam  
 honestatis.

Nam

*Nam pulchri momenta animis cernenda parantur,  
Quos magis purgatos virtute & munere cali  
Dij faciles, & multa dedit perceptio rerum.*

Tertius in genere  
deliberatio locus  
est facultas videli-  
cet an facile negotiū  
sit an difficile.

*Quod superest ut non possit te fallere suus,  
Sed vincat cunctosq; trahat: monstratur ad unguem  
Copia tentandi, facilisque ascensus, ad id quod  
Informare velis: nam quod desperet agendum,  
Audierit frustra quivis, frustra que rogabis.*

Nec solum facilitas  
in rebus agendis pro-  
banda est ab orato-  
re, sed modus offen-  
dendus, quo quid  
facillime fieri possit

*Tandem igitur tu sterne viam, facilemque petit u  
Ostende; atque aditus monstra, queis libera possit  
Turba gradi, nec pertimeat tentare recentes  
Accessius; hortare animos, præcurre sequentibus  
Dicendo, atque refer monstrata exempla priorum:  
Moueris hinc cunctos, nullum vecordia tardum  
Reddiderit, quisquis credat pulcherrima, quisquis  
Vtilia, & facili speret vincenda labore.*

Ut suasio est appetē-  
dorum, ita dissua-  
sio fugiendorum, ea  
dem autē est vtrius-  
que partis ratio &  
ars, nā dissuademus  
ex oppositis locis.

*Sed quoniam fugienda etiam proponere dictis  
Accidit, atque instans damnūq; malūq; monere:  
Iam nobis monstrata via est, qua auertere possit  
Intentos animos, si scilicet omnia versis  
Depingat formis, & turpe, & inutile dicat,  
Nec facile inuentu, quidquid cupiere; nec artis.*

Hactenus de demō-  
stratio & suasorio  
genere, nūc vero de  
iudiciali, ad quod  
potissimum orato-  
ria facultas excogi-  
tata videtur.

*Altera sit ratio, quamuis diuersa probando  
Quam reprobando fuit, præceptis unicus ordo est  
Hactenus, & laudum formæ momentaque Pithus.  
Tertia nunc restat dicendi & maxima cura:  
Quaque mouetq; agitatq; animos, que munera iuris  
Sollicitat, cui vita subest, miserumque nocentum  
Supplicium, cui diuitia, causaque seueræ,  
Et strepitus undaque fori, & ciuilia cuncta.*

Laudat genus iudi-  
ciale, propterea  
quod omnium sit offi-  
ciosissimum, utpote  
quod adiuidos mi-  
seros & alienas iou-  
rias propulandas  
inuentum sit.

*Hinc noti celebres quondam dictique patroni:  
Nam laudes suasusq; hominum & communia quaque  
Commoda, vel sese ostentant, facile atque sequentes  
Perdu-*

*Perducunt. dum quisque sibi bene consulit, atque*

*In proprios usus aliena negotia transfert.*

*Ast miseras hominum causas vocesque reorum*

*Pauci suscipiunt, aliena iniuria paucis*

*Fit grauis: ut primum sese extricare malignis*

*Cassibus, aut agili transmittere retia saltu*

*Quisque valet, siluis tutus sese abdidit altis,*

*Securus, deserta ferat quid turba suorum;*

*Seu canibus vexata animam saltusque relinquat,*

*Excipiat ve leues calamos, rabiemque veneni.*

*Usque adeo exigua est pietas, & cura iuuandi.*

*Hinc quōdam & præcelsi animi, & præclara virorū*

*Pectora in hanc unam studuere impensius artem,*

*Maiores & opes, & maxima præmia quisque*

*Fortunis sociūm duxit, vitæque tuendis.*

*Felices igitur magna & præconia famæ*

*Commeriti, & miseras hominum fulcire ruinas,*

*Soli ausi, soli, officium renocare paratum*

*Cedere, feruentes vitisque relinquere terras.*

*Ergo tibi Gaspar fuerit sanctissima pars hæc*

*Dicendi, ut præsens aliena pericula cures:*

*Et causas agites hominum, causasque deorum,*

*Namque etiam se sæpe tibi commendat agendam*

*Relligio, sæpe & dices pro nupsine Diuūm,*

*Pròque fide, pròque obsequio, pro legibus altis:*

*Quid melius vita in tota, quid pulchrius usquã est*

*Munere, quod sancti reserat, penetralia iuris,*

*Quod cum iustitia degit, quòdque alma frequentat*

*Templa, quibus sacris colitur clementia votis?*

*Hæc etenim genere hoc fiunt, quod Rhetoris arte*

*Iudicij formam, seu iudiciale vocamus.*

*Tendit enim aduersis opponere crimina noxis,*

*Accusare malos mores, facinusque paratum.*

*Pellere,*

Similitudo ex venen-  
tione sumpta.

Quales fuerunt Cle-  
cero, Caro, & alij  
innumeri.

In sacris concioni-  
bus locum esse iu-  
diciali generi.

Ratio nominis qua-  
re iudiciale vocatur  
hoc genus.

*Pellere, & argenteis incendere iudicis iras,  
Aut contra sedare animos, auertere durum  
Supplicium, obiectum erimen culpaſque nocenteis  
Diruere, aut placidis leuiora relinquere dictis.  
Durus utrinque labor, ſed quem peruincere poſſis,  
Si capita & rerum formas, ſi pondera primum  
Concipias, animoſque agites, & partibus ipſis  
Quas tibi deſcribam, præſtes attentius aurem.*

Repetit commune illud præceptum vnum ſinem eſſe ſtatuedum; quæ ſinem ſtarum vocat Rhetores. eſt autem triplex, Comæſturalis, Deſinitiuus, Legiti- mus.

In antiquis auctori- bus enarrandis mi- ram commentato- rum diuerſitatem & repugnantiam accuſat: quod prop- terea accidere in- quit, quod ignora- tur genus cauſæ, ad quod ſingulorum auctorum ſcripta referantur.

Vnum igitur ſtatû in cauſis quaerendû eſt.

Partitio ſtatuum, quemadmodû, in- quit, in vnaquaque re triplex eſt que- ſtio an ſit res. quid ſit, & qualis ſit: ita triplex ſtatû his queſtionibus reſpõ- dens.

*¶ Nil magis obſcuris opponere lumina cauſis,  
Aut lucere poteſt, quàm formas noſcere certas,  
Ad quas præcipuo videatur tendere curſu  
Propoſita oranti ratio. Namq; unica cauſa  
Conſtituenda prius ſumma eſt, & queſtio tantum  
Unica, cui totus rerum deſeruiat ordo.*

*Quid nam eſt id? nebulas tantas erroris iniqui  
Conceptas ſenſus dubios, & caca librorum  
Commenta, & veram nunquam promentia meſſem,  
Tam vario antiquas vexari interprete chartas,  
Ut dubites cuienam faueas, cuiusque ſequare  
Conſilium, interdum deſperes tanta perofuſ?  
Eſt cauſa neſcire genus, quid queſtio quaer  
Poſtulet, inque vnâ ſummam non cuncta referre.*

*Unam nos igitur formam ſtatuum agendis,  
Vnum querendi fundamentum, vnde opus vnum  
Procedat: cunctoſque ſibi compaginet artus.  
Hic ſtatû eſt. Olim hac uſi ſunt voce priores,  
Siſtit enim, cauſamque tenet molimine certo.  
Quem triplici indugredi viſum atq; inſiſtere plâta.  
Qua vocat atque viam demõſtrat queſtio: namque  
Querendi triplex ratio, conſtatque petitum  
Undique, & à nulla reſtat dubitabile parte,  
Cum triplex exauſta mihi ſit queſtio. prima eſt,  
An ſit quod petimus, fuerit ne, aut certa futuri*

*Pignor a*

*Pignora præstiterit. Nam si in non certa vagetur  
Mens hominum, nulla est dicendi, nulla petendi  
Spes frustra impendas studium frustra que laborem;  
Nam tandem inuentis verbis atque undiq; partis  
Nulla subest rerum series & notio nulla.*

*Frigidus hinc sudor fuerat dignusque cachinno  
Cuiusdam, qui dum logicam finxisse Chimeram  
Optaret, totum consumpsit perditus æuam  
Intentus nihilo. Primum ergo queritur an sit.*

„*Hic status est qui prima petit momenta, modòsque  
Coniicit, hinc nomen deduxerat, hincq; tuetur.*

*Alter ex huic varius status est, cum viribus equis  
Describit, cum præsentem dat nomina causa  
Orator, proprio distinguens limite fines.*

*Occisa conuictus erat genitricis Orestes:*

*Queritur an facinus dicas, & an impius ille  
Iura patrum excidio matris violanda pararit?*

*An ne hominis tantum occisi reus ille notandus?*

*Ille etiam qui totam Asiam temerarius audet*

*Ignibus admotis, Ephesinaq; ledere templa,  
Crimen habet, dubium sed erit, quo nomine culpam  
Compelles: an sacrilegum, an incendia tantum*

„*Promentem dicas, petit hunc tibi quaestio quid sit.*

„*Diffinitiuo est nomen, nam sine petendum est,*

*Atque notis rerum quod factis indere nomen,*

*Et quam naturam causis ascribere possis.*

*Constiterit forsàn factum, natura q; facti,*

*Sed dubium est iniusta nimis, num iusta patranti*

*Mens fuerit, venia dignum ne an vindice pœna.*

*Hæc rota voluenda est, dicenti hæc ultima moles.*

*Tentanda est: nam sæpe solet rem factis utramque*

*Huic uni nervos intendere, seq; periculis*

*Ervere: & non facta negat, sed iura profatur:*

Superuacaneâ est  
disputationem de  
rebus que neq; fue-  
re, neque sunt, neq;  
futura aliquando  
sunt.

Summa nominis &  
rationis circa hunc  
statum.

Secundus status dif-  
finitiuus, qui rei ra-  
tionem inquit &  
constituit, & nomen  
imponit.

Exemplum. Orestes  
matrem interfecit  
queritur an sit par-  
ticidium, aut homi-  
cidium simplex, an  
paterni sanguinis  
vltio.

Herostatus, vt no-  
men memoria sce-  
leris extenderet, in-  
cendium Diane tẽ-  
plo nobilissimo  
struxit. ex Solino.

Tertius status legi-  
timus versatur cir-  
ca rerum vel factio-  
rum qualitatem: vt  
cum queritur, ius-  
tum sit an iniustum  
Milouis homicidiũ.

*Indicat omiffum officium, iuſtumq; dolorem,  
Intentat a ſibi immeritò discrimina vita.*

Legitimus ſtatus eo  
gnoſcitur ab iuili,  
vel inuili: ab exem  
plo, à ſine.

*Hic ſtatus & facti ſeries comprehenditur, ex quo  
Quaſitum eſt, qualis ſit res, quid inutile portet,  
Vtile quid, quale exemplum qua prima ſequatur.*

De locis coniectu-  
ralis ſtatus ſunt au-  
tem duo, ſimpulſus  
animi ſive volūtas,  
& facultas.

*Prima igitur numerāda patet mihi cauſa duobus  
Articulis, nec plura mouet coniectōr anhelus,  
Dum prudens ſequitur dubij veſtigia facti,*

Animi impulſus  
quib' ſint.

*Primum animi impulſus tentat, quid ſaua libido;  
Quid metus, ira nocēs, quid ſpes, aut qd dolor ingēs,  
,, Suaſerit. His etenim quondam concuſſa procellis*

*,, Precipiti fertur curſu, ruit omnia late  
,, Mēs hominum, atq; hinc prima capit momēta pa-  
ſiue petat, captetq; bonum, vel inutile vitet. (trandi  
Nec diſpar ratio eſt, ſtimulo percuſſus eodem*

Pulchra ſimilitudo,  
qua animi om-  
nis aſſectibus pa-  
ſi-er perturbari o-  
hendit.

*Aeſtuat, vt ſimiles animus perſentiat aeſtus  
Dum cupit, aut metuit, dumq; iras concipit, aut dē  
Feruēt amore graui. gaudet ve, dolet ve; feroci*

*Quadrupedi aſſimilis, qui dum per libera campi  
Aequora non equitem dorſo, non ore lupata  
Senſit, veſano prateruolat aëra curſu:*

*Tamq; agit ur Boream verſus ſeptemq; triones,  
Sue ortus ſpectet Solis, Zephyrum ve, Notum ve;  
Quām ſi tranſuerſo curſu fallentia ſemper  
Atque obliqua nimis ponat veſtigia: demens*

Facultas alter locus  
qui ex circūſtantis  
cognoſcitur.

*Circum agit ur, demens decurrit tramite recto.  
Nec ſatis eſſe poteſt ſolum coniecta voluntas:*

*Quare & agentis opes, & vires diſcite cunctas,  
Quid poſſit, quid non poſſit, quid tela, quid arma  
Preſtiterint, quid diuitia, quod praſtet amicus*

Circumſtantiarum  
ſumma.

*Auxilium, loca cuncta nota, nec temporis horas  
Negligito, hac numerāda tibi, & repeiēda docemus,  
Quis, quid, ubi, quib' auxiliis, cur, quomodo, quādo.*

Sape

*Sape fidem inuertit, fecitq̄, ostensa facultas.  
 Signa petas, numeresq̄, modos, & pondera cuncta  
 Obserues; nam quæ cumulum fecere minorem  
 Singula, iuncta simul maiorem crescere molems  
 Iussere, & vires paulatim acquirere magnas.  
 Hoc mentis solertis opus: disquirere signa,  
 Et deprensa simul iustis expendere libris.  
 Nam testes, nam verba hominis sua gesta professi,  
 Et tabula, extortum dictum verumq̄, coactum,  
 Ceteraq̄, à simili ducta argumenta periclo,  
 Adduxisse sat est: ipsa hæc se ostendere possunt,  
 Arte carent, non hæc rhetor sua munera dicet:  
 Ast aliis accepta refert, seu testibus ipsis,  
 Siue reo, siue actori seu denique vulgo.  
 Plurima præcipiunt legum iurisq̄, periti  
 De signis, quæ visa prius precedere factum,  
 Quæq̄, simul comitemq̄, operam auxiliumq̄, tulere,  
 Et quæ mox opus exhaustum factumq̄, secuta.  
 Consulit Orator leges, legumq̄, magistros:  
 Hinc bona dicendo pars, hinc prudentia rerum,  
 Hinc petitur multis iustiq̄, æquiq̄, figura.  
 Quod si non ullis potuere latentius umbris  
 Facta hominum abscondi, tandè deprensa patefcunt:  
 Tunc petitur nomen causa, atque examine multo  
 Quas subeat legum species, quæ iura reposcat  
 Discutitur. Multum refert quo nomine quæque  
 Facta voces, num sacrilegus, num fur tibi fiat,  
 Qui pateras diuûm sacras atque aurea vasa  
 Aurificis rapuisse fuit conuictus ab arca.  
 Aut non rapta neget, sed furti auertere nomen  
 Conetur: nam dum patriæ, dum consulit urbi,  
 Dumq̄, parat magnis deuincere sumptibus hostes,  
 Commodiora capit, nec mens intenta nocendo est.*

Hæcenus de argu-  
 mentis artificiali-  
 bus. nunc verò bre-  
 uiter de argumentis  
 quæ vocantur inar-  
 tificialia: qualia sũt,  
 testes, confessio, ta-  
 bulæ, tormenta.

Hæc argumenta nõ  
 inueniuntur ab O-  
 ratore, sed petitur.

In iuris disciplina  
 de signis antecedẽ-  
 tibus, concomitan-  
 tibus & sequentibus  
 factum, multa præ-  
 cipiuntur.

Laudat iuris pru-  
 dentiam.

De locis ad diffini-  
 tionem statum per-  
 tinentibus.

Difficilem esse rationem nominum impouendorum.

*Non cuius facile est componere nomina rebus  
 Ut cupiat: voluisse prius molimina oportet:  
 Multa, quibus ve leuet factum, vel deprimat, atq;  
 Conceptas animis species, & pondera causa  
 Inuertat, minuaturq; aliamq; referre figuram  
 Iudicis ante oculos cogat, diuersa putantis.  
 Fit tandem leuior nonnunquam infamia facti,  
 Aut grauior (namq; eiusdem sunt munera utrinq;  
 Artificis) iisdemq; locis depromitur apta  
 Materies, eadem mouet instrumenta sciens, dum  
 Diruit, adificatq;: & nec fit ars secus vlla.  
 Disce igitur rerum fines describere primum,  
 Exactas species, generisq; expendito formas,  
 Officia inquiras rerum, & quae semper adherent.  
 Hinc propria dabis rerum discrimina: namq;  
 Prima, olim visus, rem constituentia, nostros  
 Effugere: genus patuit, tamen horrida nox iam  
 Occuluit veras formas, ac furtiva Prometei  
 Inuidit, sacras conata extinguere flammis:  
 Exigua illius tantum momenta caloris,  
 Sed nimium tractanda animis nimiumq; fouenda  
 Continuit natura hominum, dum plurima cautus  
 Colligit officia, atq; usus, monumentaq; rerum  
 Obseruat, motusq; & contingentia cuncta.  
 Hinc capit Orator formas, operumq; colores  
 Depingit, res hinc describit imagine cunctas.  
 Tunc grauiora potes leuiora ve nomina factis  
 Indere, cum fines apte descriperis ipsos;  
 Sin minus obtineas, aduersas consule leges,  
 Quae certare sibi, quae non constare videntur:  
 Arripias prodesse tibi quas credis agenti,  
 Hasq; probes, toto & firmes conamine, iura  
 Ostendas, quae sit ratio, quae causa ferendi.*

Primus locus ad cō-  
 futuendum nomen  
 causa, est definitio,  
 quae vel ex genere  
 & differentia cōstat,  
 vel ex genere &  
 proprio, vel ex ge-  
 nere & accidētibus.  
 Propria rerum dif-  
 ferentia desideratur  
 ab eruditis; ideoque  
 pro differentia ac-  
 cidētibus videntur  
 in definiendo.

Discendi difficulta-  
 tem ostendit, quan-  
 toque studio & la-  
 bore eruditio pare-  
 tur.

Proximus defini-  
 tioni locus est Legū  
 cōsultatio, in quib;  
 nomina rebus impo-  
 sita sunt, & per quas  
 omnis dirimitur cō-  
 trouersia. in iis au-  
 tem legibus ea pars  
 eligenda est, quae no-  
 bis magis faueat.



Iamq̄, aliis alias præfer, sacrasq̄ prophanis  
 Præficies, ut quaque sui maiora tenebit  
 Principia aut fines, assertor, pone, probaq̄,  
 Maxima diuinis cedat, reuerentia chartis:  
 Nam Dens humanumq̄ genus miseratus, & alta  
 Vulnera tartareos nobis inflicta per hostes,  
 Unde tot erroris nebula mortalibus agris  
 Exortæ, intonuit Sineis in montibus; atque  
 Dum populis fulgur trepidis, dum flamma coruscans  
 Buccinaq̄, ex alto discidens aëra Ohympo  
 Dant signum venisse Deum, pauidumq̄, timorem,  
 Pectoribus populi incutiunt, vox clara Tonantis  
 Humanas aures tentat: diuinaq̄, vulgus  
 Verba omnis capiunt toto resonantia celo.  
 Tuncq̄, iter angustum virtutis, & ardua pulchri  
 Atque æqui iustiq̄, homines elementa docentur  
 Mox digitis insculpta Dei, renouataq̄, rursus  
 Saxa legunt, primas penitus refrenantia voces.  
 Paulatim leges cunctas formasq̄, decori  
 Accipiunt, monitusq̄, Dei iam plenius audit  
 Turba pauens, donec iam iusta volumina iamq̄,  
 Accipit exactas leges, atque integra recti  
 Pondera non ullis adiuncta minuta uè membris.  
 Has igitur primum leges, diuinaq̄, verba hac  
 Consule, dicenti magna adiumenta futura.  
 Non tantum Sol ipse iubar, non tantaq̄, terris,  
 Hibernas postquam nubes tenebrasq̄, fugauit,  
 Lumina dat, victorq̄, redit, fascesq̄, videtur  
 Congeminare suas orbi, totusq̄, fouetur  
 Mundus, opesq̄, nouas & semina concipit alma,  
 Et varios fructus, pulchra & spectacula siluæ  
 Accidunt, diuitiasq̄, suas natura ministrat;  
 Quantum dant lucis, diuinaq̄, verba caloris

Legum ordo est, ve  
 sacra profanis præ-  
 ferantur ab Orato-  
 re; & quæ minorem  
 rationem in huma-  
 nis legibus osten-  
 dunt, ex cedant aliis  
 potioribus.  
 Diuina legis dig-  
 nitas.

Lex diuina prius vo-  
 ce è celo personata  
 est, & à populo au-  
 dita; postea verò in  
 lapideis tabulis ad  
 legendum proposi-  
 ta: deinde cæteræ  
 leges & statuta in  
 voluminibus per  
 Mosè scripta.

*Mentibus humanis præstant, tristesq; tenebras  
Excutiunt animis, multum & torpentia tentant.  
Pectora, præstantes vires virtutis & ampla  
Ornamenta parant, alia & procedere vita  
Et diuina palam momenta ostendere cogunt;  
Sive docere velis socios, seu carpere mores  
Et peccata hominum, seu quidquid denique cures.*

Aliarum legū laus.

*Sunt etiam leges alia pietate colende,  
Iura, magistratusque omnes, & quidquid ab æquo  
Ducitur, & pacem & communia cōmoda adornat.  
Hæc ut quaque locum fuerint sortita priorem,  
Sic primum venerare pius, sic consule primum,  
Pontificum monitus sacros, decretaque sancta,  
Diuinis quæ sunt manantia & eruta verbis,  
Atque agitata viris doctis fama que verendis:*

Concilia, Canones,  
& sanctorū decreta.

Ciuitia iurā antiquā  
& noua.

*Hæc nos humanis alijs præponimus, hisque  
Parendum est, nec fas quemquam contēdere contra.  
Proxima sunt prisca leges, & publica iura  
Imperij, & legum tabula, quas nulla tyrannis  
Infamet, quas nulla ferat violentia, quasque  
Indignum ratione boni nil constet habere.*

Chirographa & te-  
stamenta & cetera  
quæ in quibusdam  
causis pro legibus  
habentur.

*Succedunt priuata hominum iam dicta, tabella,  
Testamenta simul, & quæ sententia sedit  
Mandanti, seu leganti quando ultima dixit  
Verba, vel impleuit ceras, aut annuit ultro  
Non sine teste aliquid; non pauca negocia sunt hinc.  
Magna hinc dicendo pugna, ac ingentia oborta  
Prælia nonnunquam fuerint, dum plurima legum  
Congeries, quarum videas contraria sensa,  
Atque alijs alias certare & sistere contra.  
Quid facias, aut quo studio componere lites  
Inter tam multa hæc legum discrimina possis?  
Aut saltem si non possis sedare rebelles,*

De concordia legū,  
quæ inter se pugna-  
re videntur, optimū  
documentum.

Inque

Inq<sub>3</sub> unum oppositas trahere & perducere sensum,  
 Cui nam te adducas parti, cuiusq<sub>3</sub> sequare  
 Signa? pares ne figam, desperatusq<sub>3</sub> salutis  
 Deficias, nec te ingenium, nec sistere mentis  
 Robur, & ipsa queant repetita exempla priorum?  
 Difficile hoc multum est, dura & molimina multis  
 Ostentat, terretq<sub>3</sub> animos. Tamen accipe Gaspar,  
 Qua ratione queas pervincere, & omnia legum  
 Conciliare animo prudens discrimina. Primum  
 Hoc statuas, si que leges si iura vocentur,  
 Et tali quacumque petant se nomine dici  
 Immeritò tales titulos pratendere, quamuis  
 Auctores iactentq<sub>3</sub> suos, responsaq<sub>3</sub> regum  
 Atque ducum, sapientis opus, vocesq<sub>3</sub> potentum  
 Se dicant, quacumque sui primordia iactent;  
 Si tamen à iusto discedunt, pondera recti  
 Abyciunt, rationis opusq<sub>3</sub> viamq<sub>3</sub> relinquunt.  
 Si quid personis tribuunt, priuatq<sub>3</sub> tantum  
 Commoda, & affectus, priuatq<sub>3</sub> sensa sequuntur.  
 „ Namq<sub>3</sub> una est recti facies, simplexq<sub>3</sub> figura  
 „ Nescia mutari, flecti quoque nescia, cunctos  
 „ Conditione pari tractans, nec regibus illa  
 „ Cedere, nec minimos didicit pessumdare, namq<sub>3</sub>  
 „ Ianua virtutis simplex, hac excipit omnes,  
 „ Quotquot sancta dea penetrare sacraria curant:  
 „ Cervices flexisse decet, cui contigit altum  
 „ Corpus, & exiguos nullas attollere cristas.  
 „ Impinget pariter pariterq<sub>3</sub> offendet uterque.  
 Hæc iusti mensura patens, hæc ianua recti est.  
 „ Nemo nocens fiat, nemoque iniurius, atque  
 „ Emeritis nemo fraudetur partibus, ultra hoc  
 Quidquid erit, dånnum atq<sub>3</sub> dolus, violètia, fraud est.  
 Non viuit, corrupta iacet, tetrumq<sub>3</sub> remittit

Premonet rationẽ  
 in legibus inuesti-  
 gandam esse, in ci-  
 vilibus namque le-  
 gibus non ad au-  
 ctorem, sed ad ra-  
 tionem est respi-  
 ciendum.

Omnium legum  
 virtutem in æqui-  
 tate consistere.

Totius æquitatis &  
 iuris summa.

*Fatorem ratione carens lex, ipsaque sese  
Indignamq; coli damnat, sese abiicit ipsa.*

*Has igitur iuxta leges quae pondera iusti  
Deseruere, nihil Gaspar tu sollicitus sis,  
Abiice quamprimum, & prorsus contene loquendo,  
Absurdi tantum species, & quidquid iniquum  
Contineant, dicto ostende: & propone videndum;  
Explosu dignas conclama, atque auribus illis  
Inferas, quas tu iustas, quas credis & aequas.*

*Vt facinus lex una probeat, quodq; improbat omne  
Iudicium, penit asq; agitant, qui mente valere  
Qui ratione queunt, fieri qui posse putandum est?  
Vt merito virtutis opus lex fraudet honore,  
Hoc ubi contingat, nisi cum iustum exulat ipsum?*

*Sunt tamen interdum legum discrimina parua,  
Quas facili sedare manu tibi constet, & ipse  
Conciliant sese certi seruamine pacti;  
Nec verum tamen atque decem parte vlla relinquunt;  
Vt nocuos lex una iubet punire, minatur  
Supplicium, quicumque hominem confecit, & alma  
Priuauit vita, tenebrasq; subire coegit.*

*Alter non nocuis parcat, nec crimina curat  
Libera grassari impunè: sed crimine purgat  
Illum, qui patriæ propter propriam ve salutem,  
Dum sibi, dum socijsq; necem, certumq; periculum  
Sentit adesse, suos fortis, seq; eximit, atque  
Fortunam tentare parat, non altera vita  
Spes patet, atque fuga, nisi quam sibi fecerit ense.  
Aut poena leuiore tamen lex altera fontem  
Afficit, ut tempus ratioq; ut postulat, etas;  
Iudicio si quis valeat, si lumina mentis  
Non extincta tenet, potis est componere tales  
Inter se legum lites, lucemq; videre*

*Quam*

Si ergo, inquit, leges iniquae sint, abiciendae Oratorum sunt.

Nulla legum contrarias circa iustum & iniustum esse debet.

Omni legum contrarietatem circa circumstantias quaedam esse quibus circumstantiis explicatis omnis controuersia componitur.

Exemplo rem aperit.

Quam præfert quæcumque sibi, si tempora seruet,  
 Si factiq<sub>3</sub> modos, viresq<sub>3</sub>, humanaq<sub>3</sub> cuncta,  
 Quæcumq<sub>3</sub> & variare solent res, censaq<sub>3</sub> rerum.  
 Obscurumq<sub>3</sub> quod una tulit lex, altera pandit,  
 Ultrices aliæ nimium, nimiumq<sub>3</sub> seueræ:  
 Aequior ast aliæ visa est, & mitior esse.  
 „Una omnes ratio sola quoque temperet: una  
 „Lux iusti ratio est, rationem agnoscimus unam,  
 „Iustitiæq<sub>3</sub> ducem eximiam, legumq<sub>3</sub> parentem.  
 Sed diuina tamen lex non vlla indiget unquam  
 Humanæ rationis ope: at sola illa gubernat  
 Res hominum, cæliq<sub>3</sub>ue agnoscit libera numen,  
 Et lucem tantam secum tantumq<sub>3</sub> referre  
 Fulgorem solet, interdum præstinguat ut omnes  
 Mortales oculos, & nostræ lumina mentis  
 Tam superet, quàm diuinis humana minora  
 Esse solent: nonnunquam autem se attemperat ipsa  
 Captibus humanis facilis, lumenq<sub>3</sub>ue videndum,  
 Et species dat clara suas, non rarius altum  
 Euolat, & nubes transcendit, & æthera magnum,  
 Et caput & diuinam faciem trans sidera condit:  
 Quo quicumque sue fisis molimine mentis,  
 Vel solam tentare viam contendat, in alias  
 Precipiti casu tenebras miser excidet, atque  
 Insani Phaëthontis aget miserabile funus.  
 „Dum quicquam lex ergo iubet diuina, nefas est  
 „Si ratio humana id non approbet, hiscere contra.  
 „Namq<sub>3</sub>ue satis dixisse Deum fuit, ulterius nil.  
 Tu studium curamq<sub>3</sub>ue adhibe, numenq<sub>3</sub>ue precare,  
 Obscurus ut te sensus obscuraq<sub>3</sub>ue verba,  
 Atque viam veri doceat: solet esse benignus  
 Quærenti facilisq<sub>3</sub>ue Deus, ducitq<sub>3</sub>ue sequentes,  
 Illustratq<sub>3</sub>ue animos, reseratq<sub>3</sub>ue arcana docendo.

Repetit id quod dixerat, rationem legum condendarum inspiciendam esse, à quo tamen documento diuina leges excipiuntur, in quibus non solum per ratio, sed conditoris auctoritas semper expectatur.

In obscuris diuinorum rerum mysteriis non oportere ingenium experiri, sed supplicibus votis à Deo intelligentiam petendam.

*Discipulos facit ipse suos, qui mente valere  
Iudicioque solent tantum, tantumque disertis  
Vocibus erudiunt homines populosque pauentes,  
Ut cadat stupefacta hominum sapientia, sequē  
Miretur victam, atque Dei iam numina noscat.  
Hoc iter ingressus, diuino hoc lumine doctus*

Sacrarum scripturarum interpretandi optima ratio, & ex aliis locis alia enarrantur.

Hactenus de legibus diuinis.

*Iam poteris monstrare Dei responsa, magisque  
Obscurum hoc magis hoc claro componere dicto,  
Et conferre simul; populosque docere probando.  
Cetera non raro ambiguum proponere sensum  
Verba solent, legesque hominum penitusque legentē  
Incertum dubiumque tenent, ut utramque probare  
Non possit dubij faciem, sed & alterius non  
Audeat, inque pari timet inconstantia lance.*

In humanis legibus interpretandis sensus communis consilendus, & sermonis ratio, & confirmiles leges, aut peritorum interpretationes, & artium circa quas leges versantur, notitia.

*Iudicium adsit sensus communis in illis,  
Et ratio, & vocum species, sermonis & usus,  
Multaque dicta virum similem referentia sensus,  
Quem tu concedas; legumque iuuantia verba  
Artibus ex ipsis non unquam dispicitur vis,  
Ut quod in arte decens magis est, illud melius sit.*

Dialecticæ partes multum valere ad legum interpretationem, videlicet diffinitionis & causarum excusio, deinde euentus quibus expectari possit.

*Multum etiam Logica partes hic saepe tulerunt  
Auxilium, si quis causas finesque peritus  
Excutiat, quid diuinet, quid suggerat ipse  
Euentus, sic ambiguum constare videmus.*

Causas quæ nullis legibus continentur, ad proportionem similium causarum iudicandas esse dicitur.

*Est aliud rationis opus, quod & indiget alto  
Discursu & mente, hunc tantum prudentia ducit.  
Sepe noua occurrunt referenda negotia nobis,  
Quorum non vlla est lex, & quæ nulla notarunt  
Innumeris contenta libris ciuilia iura:*

*Nec veterum aut exempla virum monumētūq; nulla,  
Hæc ego consultus propria in ditione locabo.*

*Nil etenim esse nouum credendum est, atq; recēs nil,  
Usque adeo, ut veniens in nostram denique mentem*

*Proti-*

*Protinus exclusum cedat, nec iuris in vlla  
Parte locum teneat, neque porrò conueniens sit,  
Nec cuicquam legi affine id, sed & exulet ergo;  
Dequè ipso nil iudicio statuatur in vllò.*

*Quin potius multa inueniet cognata recens quod  
Adueniet, multa id socium petet actio, multa  
Asciscunt leges, permittent partibus ysdem  
Iudiciisque frui, sedemque locumque parabunt,  
Si modò non desit sapientia, si modò rectum  
Consilium cura, & si non industria cesset.*

*Vt si quis noctu expoliet, mediamque per urbem  
Non tutos sinat ire homines, aggressus ut hostis  
Incautos feriat meritos nil, nilque timentes,  
Hoc facinus lex nulla notat, sed iuris in ipso  
Limite clauduntur leges, quibus esse propinqua  
Pœna queat scelus audenti, & qua pondera præstent  
Et trutinæ, quibus id facinus dignoscere possis.*

*Nocturnos etenim fures lex una coercet,  
Et damnat: grassatores, fauosque latrones,  
Per quos non possit securus abire viator,  
Ius aliud punit; medium tenuere locum, qui  
Porticibus mediis urbis vel compita propter  
Aggressi expoliant clamantes vel pueros, vel  
Imbelles quoscunque videbant, inque paratos.  
Hanc veteres partem multum rationis habentem &  
Iudicij, rationis opus munusque vocabant.*

*Est locus vnus adhuc quo possis tutior esse,  
Si petis hunc cautus, semel hunc si doctus adibis,  
Ingressusque semel contendas fortius inde  
Non facile euelli, sed pronidus ostia serues,  
Nec patiare aliquem tecum descendere, solus  
Obtineas, nulli cedas, non testibus ipsis,  
Iudicibus, delatori, non temporis horis:*

Exemplum causæ  
antiquis legibus  
non contentæ.

Hæc pars & locus  
diffinitiuus status, ra-  
tionis dicitur.

Translatio criminis  
alius huius status lo-  
cus is est, quo crimi-  
na fugimus, & iudi-  
cium quacunque ra-  
tione vitamus.

*Omnia*

Omnia contendas disſellere protinus abs te.  
 Ut melius quid agam cognoſcas diſcito nomen,  
 Hic locus eſt patribus quondam Translatio dictus,  
 Expreſſam ſignante nota vim & pondera facti.  
 Nam quoties aliena cupit tentare loquendo  
 Orator, nec rem tractat, nec iura, nec vllas  
 Criminis aut cauſa partes, ſed tranſilit ipſum  
 Iudicium, & tenſis laqueis elabitur, illuc  
 Tendit, ut obiecta effugiat diſcrimina prudens,  
 Ut ſi te iudex compellat dicere cauſam,  
 Obijcias quicquam quod cauſam & tempora litis  
 Excipiat, ſeu quòd tali non iudice, ſeu quòd  
 Tempore non ſacro fas ſit te dicere, ſine  
 Quòd tibi legitimus non aduerſarius aſtat.  
 Aetatem vel proponas, vel tu ordinis atque  
 Fortuna ſeriem diuerſam, denique quiduis  
 Cautus agas potius, quàm quod cogaris agendum,  
 Cauſidicis notus locus hic & ſape petitus.  
 Arte parant cauſa vitare pericula: nam dum  
 Iudicia & lites ceſſant, cauſaque trabuntur,  
 „ Permutat fortuna vices, atque exitus omni  
 „ Tempore, non vnus rebus contingit eiſdem:  
 Interdum ceſſare ſolet dum tadia vitat  
 Delator, iudex nonnunquam vertitur, ipſa  
 Temporaque abſcondunt cauſas, & foedera partes  
 Interea & feriere, ſolent fregiſſe cathenas,  
 Compedibusque rei elapſi cuſtode remoto  
 Per tenebras, & per ſiluas, perque inuia gratam  
 Querere præcipites vultu fallente ſalutem.  
 „ Longa dies nihil eſt quod non promittit, & illa  
 „ Non nihil exequitur promiſſorum. Ergo petitus  
 Ut cauſam dicas, tranſfero, atque excipe, quantum  
 Ipſe queas, teſtes, prætorem, & cætera, ſi non

Translacionis com-  
 moda exponit.

Trans-



*Transſuleris, ſaltem quantumuis tempora differ.  
 Hac tibi pauca quidem atque breui compēdia curſu  
 Sint peragrata, quibus facile argumenta locorum  
 Venari in cauſas quaſcunque, & ducere poſſis.  
 Nunc autem egreſſo hos fines patet exitus amplam  
 In ſiluaſ denſis plantis multiſquē virentem  
 Arboribus, nec prata tibi, nec florida deſunt  
 Paſcua, non liquidi fontes, non flumina magnis  
 Gurgitibus, placido & labentes murmure riuī.  
 Hic tu quid cupias, quid captes, elige: nam ſunt  
 Plurima qua occurrant paſſim, nec plenior ullus  
 Eſſe locus quocumque poteſt, venatio multa  
 Se dabit ante oculos, adeo ut te fortè morentur.  
 „Hac loca ſunt noſtris communia dicta magiſtris:  
 Dicenti immenſum pelagus fuit, omnibus ingens  
 Materies, nunquamquē ullis exauſta loquendo  
 Ingeniis, campus numquam intentatus agenti.  
 Nam poſtquam in propriis luſtris ſunt cōmoda rebus  
 Eruta praſcriptis, tunc quid communis ad has res  
 Silua ferat, quod coniungi, quod non alienum  
 Eſſe queat, penitus querunt: atque inde petitas  
 Adijciunt & opes rerum, iocundaquē verba.  
 Ut ſi Socratica menti ſuadere ferendam  
 Eſſe cupis mortem, populus quam durus & ipſe  
 Diſcipulus tentat, corruptus & arbiter. Hic tu  
 Non ſatis eſſe putes oſtendere, qua modò ſoli  
 Apta viro huic fuerint, fugienda ut tædia vitæ  
 Tam longa, haud ciues tales taleſquē ferendos  
 Diſcipulos, indigna viris hac tempora ſanctis  
 Aſpernanda; Dei conſortia nempe petenda  
 Artiſicis mundi & celi quo cuncta tenentur,  
 Qui res humanas curat, qui premia iuſtis  
 Seruat, in iniuſtos molitur fulmen, & iras*

De locis communi-  
bus diſputatio.

In locis communi-  
bus prudenti ele-  
ctione opus eſt.

Adhibentur loci cō-  
munes ad proprio-  
rum locorum illu-  
ſtrationem, ad res  
amplificandas.

Exemplo res illu-  
ſtratur.

Concipit, ast differt. sed nil tamen effugit altum  
 Consilium, & certas leges quibus omnia tractat,  
 Pro quo se vinclis ultro dat, proque tuenda  
 Relligione gravis pedibus non vincula ferri  
 Extimuit, quare timeat. de carcere solui?  
 Non satis hoc quod personam conducit ad ipsam  
 Dicere, sed quadam communia saepe cientur,  
 Utque hominum vita hæc tam multis plena querelis,  
 Plena malis, ubi tanta oculos inscitia veri  
 Obtenebrat, sed mors natura munus honestum est,  
 Qua miseram claudit vitam, finitque dolores,  
 Queque animum soluat vinclis, & carcere lapsum  
 In superum sedes cognataque sidera mittat;  
 Ut diuinarum concepta obliuia rerum  
 Exuat, atque sciat penitus quod nouerat ante:  
 Iamque sophis non esse nouum, nimiumve timendum  
 Velle mori, cum toto æuo conetur id unum  
 Viuenti gratam meditari in corpore mortem.  
 A propriis igitur sic te ad communia transfer  
 Interdum, quoniam vincendi multa patebunt  
 Argumenta locis communibus, atque decori  
 Non modicam hinc sumes partem, tum longior ut sit  
 Dicendi ratio, seseque extendat & arctis  
 Respiret deducta locis, sed & utile multum  
 Hinc capiunt populi sermones, atque theatrum  
 Plurima saepe capit rerum documenta suarum.  
 Namque obiter vel cura domus, sanctaque docentur  
 Coniugij lex atque fides, seruandaque magna  
 Fœdera amicitia, iam de virtutibus altis  
 Fit sermo, iam quæ curet prudentia mundum,  
 Atque regat, populus de relligione loquentem  
 Audit, & in superos animumque & pectora flectit;  
 Denique ieiuna est sterilisque oratio, si non

Alludit ad illud, Phi  
 losophiam esse mor  
 tis meditationem.

Locorum commu-  
 nium utilitates.

Theatrum, pro con-  
 cionum siue oratio-  
 num auditoribus  
 hic usurpatur.

Communi-

Communi è silua quicquam affert: reddere doctum  
 Imprimis gratumque potest hac cura loquentem.  
 Illa etiam iucunda solet ratio altera nostris  
 In verbis esse, exhilarans conuiuia dulci  
 Gustu, conuiuas magno iuuat illa lepore.  
 Cum quis multa tenet sapientum dicta, sua que  
 Vel grauitate mouent, iucundo vel sale mordent;  
 Vel veteri arrident sonitu, structu quoque præstant,  
 Atque hac ceu gemmas seu puro sidera calo  
 Collocat interdum, penitusque decencia fingit;  
 Hanc partem variis auctoribus elige, at illam  
 Quæ loca præscribit communia, poscimus omni  
 Ex usu doctrinarum rerumque corona.  
 Nulla etenim res esse potest, ars nulla docetur,  
 Quæ mentem fugiatque viri fallatque disertum,  
 Cuncta videt, cuncta & discit, tentatque rogatque  
 Omnia, qui famam cupit Oratoris & optat,  
 Ac studio assiduo præstans vigilique labore  
 Dispicit hos saltem fines, quos quaque tuetur  
 Ars, & quam rerum partem sibi vendicet illa.  
 Ast ego iudicium eximium hic impensius optem,  
 Ingentem censendi usumque, locosque legendi,  
 Quisquis erit, qui dicendo communia transfert  
 Præsentem in rerum structuram, qui noua miscet  
 Cum veteri iam argumento, & iam sapius actio:  
 Namque ut iucundum interdum miscere recenti  
 Cum causa commune genus, sic sæpe molestum est,  
 Sapius & stomachum mouet, & fastidia gignit,  
 Ni ratio multum atque diu perpendat, ab omni  
 Communi silua quid nunc producere, quid non  
 Tentari deceat, quibus illud dicere opus sit  
 Vocibus, ut saltem dispar sit forma loquendi,  
 Et placido deducta modo permulceat aures,

Præceptum de sen-  
 tentiis aliorum au-  
 ctorum inferendis.

Ad sententiis com-  
 parandas multi au-  
 ctores legendi sunt,  
 ad locos commune  
 multarum rerum  
 perina opus est.  
 Non esse negatum  
 hominibus multa  
 cognoscere.

Nō exigitur ab ora-  
 tore exacta omniū  
 artium peritia; sed  
 quædam earum co-  
 gnitio tantum, quæ  
 scilicet sit artium  
 finis, quod subiectū,  
 quæ ratio.

Maximum iudiciū  
 adhibendum ad ac-  
 commodandos lo-  
 cos communes.

*Multa mihi occurrunt in silua, paucaque prudens  
Eligo, multa adeò prateruolo, multaque linguo,  
Ne cumulata graui multarum pondere rerum  
Protinus impediunt animum dicentis, & ipse  
Mole miser nimia procumbat; & excussuros  
Omnes, quisquis adest, obtundat, & impete ledat.*

De elocutione, quæ  
propria huius artis  
pars est, nam inuen-  
tio ad dilecticam  
pertinet, dispositio  
etiam memoria na-  
turæ maxime acce-  
pta tribuitur. t. locu-  
tionis non omnem par-  
tem hic tractat, sed  
eam quæ affectibus  
seruit, qui affectus  
vel ex gestu & pro-  
nuntiatione moue-  
tur, vel ex verbis ip-  
sis hoc in loco de  
affectibus qui ex  
verbis ducuntur  
disputat.

¶ Elocutionis virtus.

*Restat ut hanc doceam partem, quæ Rhetoris usum  
Nominis præcipuo sibi vendicat, unaque sese  
Rhetorices finem nunquam progressa fatetur:  
Hic sua regna tenet, nulli seruire coacta,  
Præterquam propriæ qua gaudet nata parenti,  
Scilicet huic arti. Nonnullis cetera forsân  
Artibus annumeres, aliisque accepta referre  
Sæpe queas, ast hanc formam non ulla parabit  
Ars, alibi numquam inuenias, sed maximus usus  
Est huius, totam solet hæc peruincere causam,  
Sapius & magni moderari frena theatri.*

*Est autem (tandem ut noris quo tendimus) est hæc  
Pars ea quæ mentem turbat spectantis, & ipsum  
Pellicit in nostrum studium qua sæpe mouetur.  
Præcipiti cursu atque gradu trepidante voluntas,  
Ac sociæ rationis opemque aciesque relinquit  
Transfuga, & aduersos non raro fertur ad hostes,  
Affectus mouet illa omnes, turbatque quietem  
Mentis, & in quamuis potis est propellere partem.  
Utitur officio duplici hæc, loca bina frequentat,  
Ut faciat, quodcunque parat; namque occupat ipsum  
Dicentem, atque suo versat pro iure loquentem,  
Et faciem, & vultus fingit, vocemque sonoram  
Temperat, ut morè in similem trahat, usque theatrum.  
Præterea in totis verbis dicentis, & omni  
In sermone sedet pars hæc, seseque videndam  
Exhibet, atque animos inde expugnatque trahitque:*

*Iam-*

*Iamq̄, alibi dicam quo vultu formet agentem,  
 Quoq̄ue sono, quali & gestu, nunc accipe paucis,  
 Qua ratione ipsum sermonem temperet, ut sic.  
 Instructos Oratores victricibus armis  
 Producat, donetq̄ue sacram meruisse coronam.  
 Non solum narranda tibi sunt gesta sonoris  
 Vocibus & propriis, & quas res postulat ipsa:  
 Ast è communi quam diximus ante locorum  
 Congerie tragicas voces, & magna parabis  
 Nomina, quæ stupidis immutant auribus ignem,  
 Frigidãq̄, incendant paulatim pectora, donec  
 Aestuet, impatiensq̄, tremat, nec murmure paruo  
 Obstrepit, atque tuis videatur cedere votis  
 Turba omnis: Tu quàm possis dic maxima verba,  
 Quæ furias, iram moueant, sedent ve dolorem,  
 Vel pietate animos tentent, miserandaq̄, pones,  
 Vel quæ ex natura, vel sorte vocabula constant:  
 Qualia sunt praeceptoris, sanctiq̄, parentis;  
 Qualia sunt nati, sponsi, fraterq̄, sororq̄,  
 Tempdaq̄, sacra Deum, violatæ numinis ara,  
 Diuinas iras, contemptaq̄, fulmina, calum  
 Insensum, terras pollutas: amplius illud  
 Esse solet, quoties ipsum depingimus in quem  
 Dicimus, aut pro quo & viam proponere formam  
 Ante oculos populi aut pratoris nouimus aptè,  
 Ut seui imprimis mores, natura, rapaxq̄  
 Deformi vultu monstrum, nec voce modesta  
 Non hominis quicquam, nisi vox bipedisq̄, figura est:  
 Has igitur voces queres; proprioq̄, locabis  
 Tempore, ut affectus incendas, cordaq̄, pulses.  
 Sed mea nunc tristi torquentur viscera luctu,  
 Et subito lachrymæ exundant, suspiria pectus  
 Ecce cient, penitusq̄, artus tremor occupat omnes.*

Differt disputatione  
de affectibus quæ  
ex gestu ducuntur  
in alium locum.

Ad affectus mouen-  
dos maximam opẽ  
conferre locos com-  
munes.

Magnis verbis &  
grauissimis ad rem  
tamen accommo-  
dati est utendum.

Parecbasis qua su-  
bito nuncio turba-  
tus Poëta, Ludouici  
Cathenz Complu-  
rensis cancellarij  
obitum deflet; qui  
in Almerix & pisci-  
pum fuerat electus.

*Ad solitos mea Musa elegos miserabile carmen  
 Prouocat, infelix venit modò nuncius. Ergo,  
 Ergo erit, ut quantum vitæ mihi fata pararint;  
 Luctibus impendam miseris! nulla hora dolori  
 Non vacet! atque nouis veteres iungantur, & omni  
 Tempore lugubres fundam tristesq; querelas!  
 Non satis ô superi sanctos condisse parentes  
 Sanguinis & chari tantum, tantum sociorum?  
 Non & amicorum tanta caruisse corona?  
 Non satis hoc? etiam ne meum rapuisse Cathenam  
 Defuit? heu cali facinus, proh crimina sæua!  
 Uiuere quis tantum meruit? cui fila sororum  
 Candidiora trahi decuit maioraq; semper?  
 Quem vidit nostro meliorem tempore totum  
 Hispanumve genus, doctorum aut Gallia nutrit?  
 Quemve magis stupuere virũ, seu carmina pulchra  
 Condisset, queiscumque modis, siue ore sonasset  
 Liberiore, viris quoties insignia doctis,  
 Et virides lauros donaret, quem magis acrem  
 Spectasti, quando certamen inire pararet,  
 O mea Complutum? siue hic mysteria magna  
 Natura, rerum causas tractaret, & alta  
 Principia, & fines mundi, seu sacra Deorum  
 Numina, & arcanis quacumque latentia libris,  
 Tradidit à superis demissus spiritus oris.  
 Siue pias leges, & Patrum scita piorum;  
 Nemo fuit nostro magis admirabilis euo,  
 Nemo suis facilis magis, aut incundior usquam,  
 Charior & nobis nemo: sperauimus illo  
 Preside, barbariem fedam, stupidosq; sophistas,  
 Fimbis è nostris cessuros, nostraq; regna  
 Musarum cultis donis, & munere Phæbi  
 Non caritura diu, sed spes fata inuida nostras  
 Fregere,*

Fregere, aut seclum non felix numinibusq;  
 Inuisum, & genus incultum, vel barbara semper  
 Natio non meruit tam pulchræ munera laudis.  
 Ergo vir nobis raptus lugendus, & omni  
 Concilio vatum, & si quem felicis astrum  
 Finxit in excelsâs propensum ardentius artes.  
 Nam quid agas tanto Matamore orbat us amico  
 Alfonsè ô nostræ decus Hispâlis, & mihi vita  
 Charior, & nostro mecum constrictæ Cathenæ?  
 Quas lachrymas fundas tristis, quæ flumina mœstis  
 Sufficiant oculis? quis te locus, aut quæ mundi  
 Pars capit hoc solitum gremioq; sinuq; foueri?  
 Scilicet heu nostrum decus una amissimus, illo  
 Ob quem vita olim fuerat dulcissima, raptò.

Alfonso Matamorem alloquitur,  
 & sui & Cathenæ  
 amantissimum.

Exorditur ab executione dilati operis ob amici mortem, & morbum quo ipse Poëta laborauerat Hispali in zdibus Gasparis Velezij.

INTERMISSA diu atque graui dilata dolore,  
 Dum casum tanti Gaspar lugemus amici,  
 Carmina nunc redeunt, sed qualia? nempe dolenti  
 Ex animo, post tot planctus, post longaq<sub>3</sub> morbi  
 Tempora difficilis, cum iam mediciq<sub>3</sub> timerent,  
 Tuq<sub>3</sub> domusq<sub>3</sub> tua, & mater dulcissima, qua te  
 Exhibuit nobis, qua me sibi vinxit, & omni  
 Officio veneranda mihi, & pietate colenda  
 Suscipitur, ceditq<sub>3</sub> loco genetricis ademptæ.

Inuitæ veniunt ad carmina nostra sorores  
 ,,Pierides Gaspar, mentem nam Musa quietam  
 ,,Postulat, & stabiles sedes, & gaudia longa,  
 ,,Sollicitos tristescq<sub>3</sub> animos; atque anxia vitat  
 Pectora curarum variis districta catenis.  
 Sed vocat officium promissa & debita tantis  
 Temporibus, studiumq<sub>3</sub> tui, lex sanctaq<sub>3</sub> nostræ  
 Gaspar amicitia, & qua te cura intima versat  
 Discendi, qua tu nostros quoscumque lauat nunc  
 Bethis oliuiferis redimitus tempora sertis,  
 Exuperas iuuenes, quibus (heu dolor & pudor ingēs)  
 Et vita & vires fugiunt, auiq<sub>3</sub> virentis  
 Flos operæ pretium magnum facturus inertis,  
 Marcescens torpore perit, vel sentibus altis,  
 Damnosâ aut tabula, aut insani vulnere amoris  
 Obruitur, misera indicium præbetq<sub>3</sub> senectæ,  
 Et fœdam de se speciem tetrumq<sub>3</sub> remittit,  
 Quo nares superum puras infestat, odorem,  
 Irritatq<sub>3</sub> truces iras, & fulmina magni  
 Numinis inuito cogit descendere iactu.

Hispalensis iuuentutis educationem improbat, utpote parum virilem ac infrugiferam.



*Quos igitur nunc Musa negat mihi; cura tui det  
Incepto numeros operi, tibi grata futura  
Carmina, & eximios usus paritura legenti.*

*Hactenus ergo locos dedimus, quibus eruta cunctis  
Argumenta patent rebus, quo fomite flammis  
Interdum incendas animos & turbine vertas.*

*Nunc igitur formas dicendi texere disce,  
Ordināq; omnes, neque enim mihi fila satis sit  
Plurima monstrasse, & vario de vellere ducta,*

*Ne formam, sine q; operis, & corpus agendi,  
Que patribus quondam dicta est Oratio, monstrē,  
Proponamq; omnes partes, quoque ordine sese*

*Qua serie nectant, quo tempore cuncta sequantur,  
Ne sine principio incipias, sine fine quiescas,  
Aut medium nullum inuenias. ut plurimus olim*

*Orator, qui dum natura negligit amens  
Effigies, artemq; fugit, traducit inertem  
Tempora clamore, atque ingratas protrahit horas:*

*Efficit atque nihil, nisi tantum fallere seq;  
Atque alios, qui nec capiunt, quo tempore primum  
Inchoet, aut quando dicendo finiat, idem;*

*Cum tamen audirent & testes vocibus essent.  
Namq; caput rebus dedit omnibus ipsa creando,  
Et certo natura parens in fine reclusit:*

*Iamq; modos certos semper, numerosq; secuta est,  
(Iudicio inducta eximio) quibus omnia finxit;  
Nec quas principio leges ea condidit, unquam*

*Transtulit, atque alias inijt, sed fœdere certo  
Perq; suas olim formas solet ipsa referre  
Singula, non caput immensum sine corpore condit,*

*Nec caput usque breue ingenti dat corpore iunctum,  
Prouida componit res cunctas, singula membra  
Digerit, & que sunt contraria, monstra putamus,*

De inuentione ha-  
ctenus: nunc verb  
de dispositione a-  
gendum est.

Oratio dicitur O-  
ratoris opus, quæ  
suas partes habet.

Quemadmodū na-  
tura omnibus rebus  
principium, mediū,  
& finem tribuit, sic  
etiam ars easdem  
partes in suis ope-  
ribus quærit.

Monstra sunt, quæ  
secundum naturæ  
ordinem non eue-  
niunt.

*Non ex natura serie, sed sorte parata,  
Materia turbante vices, & mole grauante  
Artificem formam: sed contra legibus ipsidem  
Atque modis non iniustis formata nitescent.*

Natura mensura to-  
lerat, ars verò nun-  
quam monstra sibi  
imitanda proponit,  
sed exactas naturæ  
formas.

Artem non esse eam  
quæ à barbaris tra-  
ctatur, sed quæ ab  
eruditis excolitur.  
quare ab arte reij-  
ciuntur illa, quorū  
materia potius mi-  
rabilis est, quàm  
forma.

*Aemula naturæ ratio, quam dicimus artem,  
Has sequitur leges, cuncta hæc vestigia seruat,  
Ambitiosa adeò, ut numquam sibi monstra putarit  
Effingenda, magisq; legit pulcherrima queque,  
Hæcq; refert totis studiis, hæc sola frequentat,  
Si modò culta sit ars, & munere fungier illo  
Si cupit, ut ponat nomen famamq; disertæ:  
Namq; per occidenti fluctus maris omnia nuper  
Diuitibus nobis quæ portabantur ab Indis,  
(Cum primum immensum pelagus, nec cognita priscis  
Aequora ab Hispana primum tentata carina)  
Materia forsitan fuerant miranda; sed omni  
Arte tamen vacua, & nullam referentia formam,  
Ingens sæpe caput specie deforme tenebant  
Inualidi ceruix colli, & tenuissima crura;  
Atque anibus plantisq; eadem, reliquisq; animantium  
Effigies formis, populi testata vetustam  
Barbariem penitus, cultuq; atque arte carentis.  
Sic igitur quacumque voles orare, paratam  
Materiam in formas rediges, & finibus illam  
Compesces certis, & singula membra locabis  
Artifici ingenio, & numquam rationis egente;  
Et caput imprimis fingas, exordiaq; apta  
,, Constituas: nam sic caput hoc dixere priores.  
Hinc narres, & proponas, firmesq; probando,  
Confidias quodcumque timebis obesse, perores  
Postremo; officio sic persolvere petito.  
Partibus his etenim bis ter persoluerat omnem  
Dicendo effigiem, quisquis iam Rhetoris artem*

Exordium oratio-  
nis caput, deinde  
narratio, & propo-  
sitiō, confirmatio, cō-  
futatō, peroratio.  
Hæc sunt orationis  
partes.

*Natura monstrante modum, didicit, retulitque.*

*Omnis cura tibi imprimis studiumque laborque,  
Dum causam ordiris, prudensque exordia texis,  
Conciliare animos, seu iudex sit tibi, apud quem  
Orabis, seu concilium, populive theatrum;  
Te gratum exhibeas cunctis, venare favorem  
Viribus & totis & totis artibus illis,*

*Quas locus, & quas causa queat monstrare: parata  
Gratia, habes magnum rebus iam pondus agendis.*

*Tunc facile audimus dicenti, credimus atque,  
Tunc cupit, ut vincas, iudex omnisque corona,  
Emendatque animo, & patitur magis omnia; cum tu  
Laberis errore exiguo, fert longior ut sis  
Dicendo; tandem magnæ victoria partis  
Principium est habuisse decens, & pulchra locasse  
Fundamenta suis numeris ornata modisque.*

*Multa monent Oratores, & multa frequentant  
Dum causam incipiunt, tamen omnia nempe duobus  
Conspicimus deprompta locis; namque altera pars est,  
Cum nos officium nostrumque, animumque probamus,  
Et quæ nos ratio compellat dicere, & illud  
Suscipere officium, communia commoda nempe  
Nos agitant, sanctæ leges, Astraque diua  
Quæ iacet, atque suis queritur deserta ministris.*

*Prætoris tum fama etiam, cui tendimus ipsi  
Consulere; & ne per populum rumore sinistro  
Immerito pereat, neglecta & fæda, cauere.  
Iamque etiam diuinus honor, iam numina celi,  
Religioque Patrum nobis suscepta docentur,  
Pro quibus haud dubitas, dulcis discrimina vita,  
Exilium, gladiosque truces, & cuncta subire.  
Ipsius pietas iurba percutit, & iras  
Numinis in sese vitius quæ pronocet, atque*

De præceptis ad exordium pertinentibus: exordii finis esse debet auditorum animos sibi conciliare.

Quæ alij Rhetores de docilitate attentione & beneuolentia præcipiunt, hic ad vnam beneuolentiam refert.

Beneuolentia captatur vel a persona dicentis, vel ab auditoris persona.

A persona dicentis captatur beneuolentia commemoratio officij sui, cuius præcepti varia ponit exempla.

Criminibus, nos saepe mouet cogitq<sub>3</sub> profari.  
 Altera pars in dicendo exorditur ab ipsis  
 Iudicibus, seu personis, quascumque pararit  
 Instruere, inq<sub>3</sub> suum studeat perducere votum.  
 Inflammare solet concepta aut crimina facti,  
 Iustitia aut munus proponere, ut arbiter ille  
 Nil prius aut maius credat, quam iura tueri;  
 Exercere pias leges, patriaq<sub>3</sub> tyrannos  
 Ejicere, atque bonis requiem prestare piisq<sub>3</sub>.  
 Hac me, inquis, iudex spes, hac fiducia cogit  
 Suscipere ingentem causam, tantumq<sub>3</sub> pericli,  
 Aduersus tot opes, aduersusq<sub>3</sub> improba tanti  
 Facta hominis, tantasq<sub>3</sub> minas timuisse, nec vllum  
 Discrimen, meq<sub>3</sub> actorem prestare fidelem,  
 Iudice tam sancto confisus, tamq<sub>3</sub> fideli.  
 Te studio populi verum cupientis & equum  
 Noscere, & ardentis Diuum pietate, parare  
 Suscipienda tibi durissima munera, onusq<sub>3</sub>.  
 Dicere de cultu Diuum, de religione,  
 De magnis voluisse etiam virtutibus, ipsum, &  
 Premia quae iustis certa, & qui fontibus ignes,  
 Quae superum regna, & quae sint inferna, docere.  
 Tandem si paucis cupias rem noscere verbis,  
 Ostendisse libet caput, vnde exordia cuncta  
 Ducantur, tunc permittam tibi cetera docto  
 Cernere iudicio, variare, & tempore in ipso.  
 Eligere optandas partes, & commoda causis.  
 In tota quae circumstant te saepe corona  
 Conspicitur persona duplex, tua scilicet vna  
 Orantis, reliquiq<sub>3</sub> omnes sunt altera, apud quos  
 Verba facis; iam personae exordire, licebit,  
 Respectu alterius, quam scilicet eligit ipsa  
 Causa magis; tua sit, sine adiutoris ab illa

A persona etiam au-  
 ditoris captatur a-  
 nimi conciliatio of-  
 ficerum cominemo-  
 rando.

Exemplum exordij  
 quod ad personam  
 auditoris refer-  
 tur.

Aliud exempli ex-  
 ordij populum con-  
 ciliantis.

Repetit quae supe-  
 rius praecepta sunt.

*Argumenta petis, animosq; incendis amore  
 Siue tui, siue & causa; vel vertis in iram  
 Conceptos forte affectus: sed si potes, illud  
 Plenius ac melius fuerit, si ducis utrisque  
 Principium de personis. Hæc summa locorum,  
 Vnde pares gratos orsus, primordiaq; aptes.  
 Sed non vnâ tamen dicendi occasio, nullum  
 In numerum cogas formas, quibus incipit omnis  
 Orator, quoniam quidam deducit ab ipso  
 Tempore, & à festis, quidam mirantur & altum  
 Iudicium laudant veterum, qui iura tulerunt  
 Talia, tam iusta: ac sunt qui sua munera sæpe  
 Excusant, utq; inuiti multumq; rogati  
 Pulpita conscendant: tandem si audiueris omnes  
 Quotquot agunt causas, multa obseruabis agendi  
 Principia, nullos legum subeuntia fines.  
 Quæ tu imitans disces multo, quam nempe docedo,  
 Promptius & melius, nec enim turbare minutis  
 , Discipulum cupimus præceptis. Ars breuis ut sit,  
 , Indicet & veterum referenda exempla, paratur.  
 Iamq; monendus erit nobis Orator, ut illud  
 Cogitet imprimis, memoriq; in corde reponat.  
 Præcipuam officij partem momentaq; magna  
 Ut succedat opus, fructus referatq; petitos  
 Esse opportunis affectibus insita: namque  
 Ut vincas ratione omnes contingit, & vsque  
 Viribus astrictos veri teneasq; ligesq;  
 Sed tamen exhausto ingenti plerumque labore  
 Nil tandem efficias, victos vincetosq; catenis  
 Cùm teneas, nec iam arma queant obtendere contra,  
 Nec mutire quidem, lassus tamen omnia frustra  
 Aggressus sede immotos fixosq; relinquo;  
 Quiq; premi sese patiantur, cedere nolint:*

Exordium effica-  
 cius est quam ab  
 utraq; ducitur per-  
 sona dicentis & au-  
 ditoris.

Finem exordij &  
 intentum vnum es-  
 se dicit, occasiones  
 multas: quarum ex-  
 pla proponit ali-  
 quot.

Magnam dicendi  
 pariem & bonâ in  
 prudentibus & com-  
 modis exordiis esse  
 fitam, in quibus af-  
 fectus mouendi vel  
 saltem excitandi  
 sunt.

Docet, non tam re-  
 ferre ad persuaden-  
 dum, quam verissi-  
 mè dicas, sed quàm  
 maximè moueas.

*Nimirum quod se victos ratione fatentur,  
Mente negant atque affectu: verum utraq; pars est  
Peruincenda, etiam magis hæc, cui cæca voluntas  
Presidet, huic hominũ quoniã pars maxima seruit.  
Dum colit ergo suis rationibus omnia, latos  
Et disponit agros sermonis Rhetor habendi,  
Differat, & mentis valdè opportuna mouenda.  
Semina, multa quidem, sed non perdentia cultum.*

Vnam rem frequẽter præcipit hoc in opere Poëta, videlicet vt ars nunquam à dicentibus deseratur, sed quã maxime possit dissimuletur, vt tota oratio & actio ex animo potius, quàm ex arte procedere credatur.

Affectibus locũ esse in tota oratione, frequentioribus autem in exordio, frequenter tamen in epilogo.

*Alterius partis magis atque iuuantia certis  
Disposita in spatius, vt non sibi retia tendi  
Sentiatur auditor, vel non fastidiat artis  
Consciũ, aut cumulo nimium compressus inertis.  
Certa solent Oratores sibi tempora docti  
Captare his disponendis affectibus, atque in  
Principio primo dicendi semina spargunt,  
Per q̄ aditus ferme totos tamen abditi ponunt,  
Nec nimium q̄ fouent, quantum vel pectora tentent,  
Et subeant auditorum, celataq; linquunt  
Interius, repetunt q̄ etiam quandoque mouent q̄:  
Eximius cultus tamen atque potissima cura  
Differtur finem vsque ipsum; tunc viribus illos  
Omnibus affectus tractat, recolit q̄ fouetq;,  
Quos in principio disperferat. Ergo memento  
Plurima fila tibi, quando exordire, trahenda  
Partibus ex illis, quæ perturbare quietam  
Sufficiunt mentem, nostrisq; inducere votis.  
Prætereà ne longa nimis tu exordia ponas,  
Deceptus dulci inuento seruoreq; primo  
Dicendi: nam sunt quibus ipsa oratio sæpe  
In caput omnis abit, sed cætera corpore membra  
Exigua, & tantis non respondentia cæptis,  
Ridiculumq; parant & opis, subeuntque laborem:  
Sunt quibus vsque adeo crescunt primordia, longam*

Breuitati in exordiis consulendum esse.

*In reliquas etiam partes minitanti molem,  
 Ut nemo assistens spectandum ducat, & aures  
 Obturet, metu atque sibi, & subsellia linguat:  
 Aut saltem si hunc religio teneat, ve pudor ve,  
 Officij ve fides, populi, aut reuerentia legum,  
 Omnia agit potius, quiduis meditat, & intra  
 Se tacitus voluit placidas quam commodet aures  
 Dicenti, attentos oculos, animumque fauentem.  
 Iamque adeo vulgus, iam plebs, ignaraque turba  
 Metiri didicit iam fastidire priora  
 Verba salutantum sacro in sermone, nimis si  
 Prolixa, atque nouo sint ostentata reperto.  
 Ergo breue incipiat, pro tempore scilicet, atque  
 Pro modulo cause dicende, ac quadret in ipsa  
 Membra caput, quisquis nostris attendere curat  
 Preceptis; namque huic etiam parere iunabit.  
 Grandia preterea ne sunt exordia, magnis  
 Ampullata modis, & vocibus usque petitis,  
 Quae tundunt aures sonitu, sed sensa ministrant  
 Exigua, atque animos fallunt sperantis ab alto  
 Principio montis partum, ridendaque tandem,  
 Aut quibus & caruisse velis spectacula promunt.  
 Unde parens Latij tantumque furoris in illos  
 Diffudisse animos? tam saeva que vulnera nostris  
 Urbibus & populis ferro grassante Latinum  
 Imperium vertisse feres? dictataque quondam  
 Roma caput mundi trunco iacet inq, sepulto.  
 Talia sunt nostris nonnunquam vatibus orsa;  
 Cum tamen ardenti committunt proelia Marte:  
 Ille timens magnos vadit fugiendo per agros,  
 Alter equo sequitur per crura, & conijcit hastam.  
 Ast aliter noster Chirofius, unica Bethis  
 Gloria, Castalidum decus, atque optanda Poëtis*

Longa exordia & fastidium pariunt, & reliquis orationis partibus odium.

Probat experimēto quod dixerat: namque hodie nimis otiose sunt in sacris concionibus prolixae salutationes, quas vocant.

Modestiam in exordiis sequendam.

Exemplum tumidi & inanis exordij.

Exemplum exilis processus magno exordio non respondentis. Chirofij Hispanensis poëtae exemplo docet modesta exordia & altiores progressus maxime decere.

Mens

*Mens priscis, optanda viris, qui liberiore  
 Eloquio nomenq; sibi famamq; pararunt.  
 Nec satis in patria notus, tamen inclyta fama  
 Buccina per Latium, per quos Germania fines  
 Extendit, Gallos populos, extremaque nostra  
 Hesperie auditur per littora, mirus utroque  
 In genere, Hispanum seu tentet condere carmen,  
 Humana & celebrare pius monumenta salutis  
 Tartareo quondam partes ex hoste triumphos.  
 Attonitas reddit mentes, & viscera sacris  
 Ignibus ardere, & lachrymas diffundere cogit:  
 Sine canat latum Gasca redeunte trophaum,  
 Atque acie tantum visa, pavidumque tremore  
 Pizarrum dare terga ferat, pacataque magni  
 Littora Neptuni sauo vsurpata tyranno;  
 Siue etiam clarum in sua carmina Pontion armis  
 Aduocet, indomitis figentem colla iuuenicis:  
 Argumento omni, atque omni mirabilis ausu,  
 Non tamen inceptis turgentibus, atque maligno  
 Progressu, potius grauis atque modestus in ipsis  
 Principiis, prudens paulatim surgit, opusque  
 In mediumque decens, & finem protrahit altum.  
 Pontius Hesperio genus alto à sanguine regum  
 Antiquo longoque gerens se stemmate dignum,  
 Luditur hic, tenuem non dedignatus auenam.  
 Dum tamen in tristes sedes Plutonia regna  
 Inuidia tactos iuuenes descendere cogit,  
 Nigrantes adeunt Herebi fuligine portas,  
 Admotaque manu bis terque quaterque trementes  
 Pulsant, ac magico tentant aperire susurro.  
 Quid melius priscis dictum, quid pulchrius? ergo  
 Principia omnino clara, atque modesta decebunt.  
 Mox aliud tibi constat opus voluendaque moles,  
 Sed*

A

B

C

D

E

F

Chirofius Hispanū  
 poemā de Christi  
 redemptoris passio-  
 ne composuit, quod  
 editum est, & à do-  
 ctis & piis multum  
 laudatum.  
 Idem Chirofius Sil-  
 uam Latinam de  
 Gasca apud Occi-  
 dentales Indos tro-  
 phæo condidit, ma-  
 xima ingenij dexte-  
 ritate.

Aliud opus signifi-  
 cat ab eodem Chiro-  
 fio eleganti car-  
 mine compositum  
 in laudem Petri Pō-  
 tij Leonij, qui ma-  
 xima obstratos in  
 arena tauros cele-  
 britate apud Hispa-  
 nos claruit: cuius o-  
 peris exordium hic  
 citatur in illis ver-  
 sibus, A, B, C. dein-  
 de progressionis ex-  
 emplum ostendit  
 in illis, D, E, F.



*Sed que non egeat tantis iam viribus, & non  
 Postulet ingenij conamina tanta disertij;  
 Ipsa trahit quoniam sese, paratque volenti  
 Dicere, & ostendit formam certamque figuram,  
 Et speciem fert ipsa sui, quam scilicet ornet  
 Orator, proprioque parat componere cultu.  
 „Hæc pars antiquis dicta est narratio; facti  
 „Scilicet aut dicti series, ostensaque forma.  
 Nam quæcumque forum admittit, vel concio plena,  
 Oratorque agit at, sunt omnia factave dictave,  
 Humane si sint causa, partesve decorum,  
 Quas agis, in duplici natura hæc cuncta feruntur:  
 „Dictum est, aut factum, quidquid cõcluditur orbe.  
 Hanc partem res ipsa dabit, nec ab arte petendũ est  
 Quid narres, quali ornatu dicenda parentur,  
 Artis opus fuerit; quoniam querimonia vestit  
 Interdum rem dum narro, quam narrat & alter  
 Irato sonitu & verbis, fingit que loquendo  
 Quos habuit prodesse sibi putat, induit unam  
 Rem vario cultu, atque refert, Orator eandem.  
 Hic facinus misero narrat sermone parentem  
 Occisi, aut natum vultu præferre paratus,  
 Inque reum culpas, & causam conijcit omnem:  
 Et quæcumque reus peccauerit omnia profert.  
 Ille tacet quæcumque sibi nocitura putavit;  
 Et narrat factum leuius, sanasque querelas  
 Fingit in occisum: sed crimina dirigit illuc,  
 Vnde sibi delata videt, ipsum que nocentem  
 Narrando innocuum penitus monstrare laborat.  
 Ergo habuit quales deceat, pro tempore, proque  
 Persona, & causa, Orator narrando subibit.*

*Ordinis imprimis esto non ultima cura;  
 Temporibusque suis prudens distinguo cuncta,*

*Quid*

Narratio facti expositionem continet, quæ non tam ab ingenio, quam à veritate petitur: ea tamen veritas distinctio ne exornanda est.

Omnis controuersia circa facta aut dicta versatur.

De narrationis ornamentis.

Ordo maximè expetendus in narrationibus oratoriis.

*Quid primum, quid sit mediũ, quoque ordine tandẽ  
Res fuerint gesta, ostendat: nam plurima lucis  
Incrementa parant, series, & tempora, rebus  
Dicendis, tantum & fidei venantur, ut olim  
Commenta humani ingenij, meditataque rerum  
Fabula & à doctis verba ementita pœiis  
Ordine narrandi ac serie disposita decenti,  
Et species veri magnas, laudemque pararint,  
Atque fidem; tantum series iuncturaque & ordo  
Dissimulant falsi, tantum mens nostra docendo  
Afficitur certo diductis ordine rebus.*

*Hoc igitur studio dicas, ut tempora cuncta  
Obserues & proponas, numeresque loquendo  
Cuique suum, quo gesta patent: nam rebus in ipsis;  
Ut nihil absque suo sit tempore, sic narratur  
Nil bene temporibus turbatis ordinibusque:  
Hoc agit historia scriptor; sed concio tota,*

Temporum & suc-  
cessionis ordo ab  
Historicis semper  
exigitur.

*Atque etiam index audit quicumque profantes  
Pescit idem iam Oratores, sed turba loquentum,  
Et pueri, & vetula indocta, & quicumque paratis  
Dicere quid, facilesque aures narrando cupiunt,  
Natura stimulante solent distinguere rerum  
Momenta, atque pari coniungere tempora ductu  
Cum rebus, partemque simul componere utramque.*

Pœtas non esse a-  
fritos legibus nar-  
rationis; nam inter-  
dũ à mediis rebus;  
interdum verò ab  
vltimis narrare in-  
cipiunt.

*Libera sed vatum mens est, nec legibus illa  
Paruerit semper nostris: namque altius audent  
Transferri, quocũque animum sacra Musa vocarit,  
Ducuntur stimulante Deo, & transcendere limen  
Sape solent, nec natura, nec iam ordine sese  
Includunt, medias interdum spiritus in res  
Arripitur subito, atque mouet penetralia cantus  
Intima, & incipiens ex gestis vltima tractat:  
Inde in principium rursus diuertitur, atque*

Ordi-

Ordinis oblitus, rem complet, primaquē sēpe  
 Fundamenta notat, nunc velox peruolat vsque  
 In medium, textitquē suam narrando Camenam.  
 Non tamen imprudenti animo peruertere totam  
 Aspicias historiam, seriem quandoque canendo  
 Negligit, ast tempus certum quo cuncta gerantur,  
 Obseruat, redditquē docens, ut numina Diuūm;  
 Quae quamuis nullis momentis subdita, nullis  
 Temporibus subiecta, tamen quaecumque ministrant,  
 Quae generi donant hominum, per tempora certa  
 Disposuere, illis praesentia cuncta beatis,  
 Paulatim nobis donantur, pro modulo, pro  
 Exigua mentis captu, proquē ordine rerum.  
 Id verò nunquam narratio negligit, immò  
 Obseruare solent & semper tradere, siue  
 Orator, seu gestorū rerumve probatus  
 Scriptor, & historiae addictus, liberue poëta:  
 Scilicet ut ratio ipsa locorum reddita constet,  
 Depicta in propriis spaciis, seriemquē secuta,  
 Quam tenuere rei momenta, quamquē viarum,  
 Aut iter, aut ordo gestorū elegerat ipse.  
 Siue per immensum pelagus scopulosquē sonantes  
 Res fuerint gesta, aut per terram, flumina pingunt,  
 Vel fluuios, siluas, fontes, puteosve perennes,  
 Nil variare decet; sed cuncta in sede locare,  
 Quam dederit natura parens: res nulla probare  
 Tam solet historias, nec conciliare fauorem  
 Atque fidem, quam certa loci pictura modusquē.  
 Nec subito pelagus totum transcurrere debet  
 Historicus, nec multa vna praeteruolat hora  
 Millia terrarum atque viae, neque in aequore pingit  
 Venantes catulos aprumquē, aut lustra ferarum,  
 Nec pisces alit in terris, vitulosquē marinos,

Monti-

Docet poëtas non  
 peruertere narrandi  
 rationem, sed tēpo-  
 ra obseruari ab illis,  
 ita vt quae priuim  
 gesta sunt, non pri-  
 mum dicantur, sed  
 tamen non tribuūt  
 vltimo tēpori quae  
 in primo sunt gesta.  
 Deus quanuis tem-  
 pori subiectus non  
 sit, omnia tamē suis  
 tēporibus disponite.  
 non enim eodem  
 tempore pluit, nin-  
 git, serenat. & c. ita  
 & Poëtae temporū  
 rationem in rebus  
 narrandis obseruat,  
 Deum hac in parte  
 imitati.

Quamuis rerumge-  
 starum ordo non-  
 nunquam negligat-  
 ur, nunquam tamē  
 locorum in quibus  
 gesta res sunt, ordo  
 & certa descriptio  
 negligitur.

Chorographia plu-  
 rimum ad narra-  
 tionum fidem valet

*Montibus aëreis transmittat; pasqua leta  
 Non petat in rupes, sterili neque querat arena:  
 Nemo hac (ni portenta canat viresve deorum,  
 Mutatasque vices rerum, signa adita celo  
 Humanum doctura genus) pervertere debet,  
 Nemo, inquam, ratio cui contigit, ullave sani  
 Portio iudicij. Nam qua per nostra frequenter  
 Regna libri aduntur, veteres referentia scripta,  
 Errantesque equites, Orlandum Splandina Gracū,  
 Palmerinūque duces, & cetera, monstra vocamus,  
 Et stupidi ingenij partus, facemque librorum,  
 Collectas sordes in labem temporis; & qua  
 Nil melius tractent, hominum quam perdere mores.  
 Temporis hic ordo nullus, non vlla locorum  
 Servatur ratio: nec si quid fortè legendo  
 Vel credi possit, vel delectare, nisi ipsa  
 Te turpis vitij species, & fada voluptas  
 Delectat, moresque truces, & vulnera nullis  
 Hostibus inflicta, at stolidè conficta, leguntur.*

*Ergo loci ratio & nomen, speciesque, situsque  
 Observanda tibi, memorique in mente tenenda;  
 Et spatium, & natura etiam terræve marisve,  
 Ut quadrent rebus narrata ostensaque factis:  
 Hic ego non dubitem multum laudare docendi  
 Partem illam, quam prisca homines intentaque fama  
 Pectora liquerunt scriptis, dum singula lustrant  
 Immense terræ spatia, & dum flumina tranant,  
 Dum pelagique vias vestigant, stagnaque, portus,  
 Quidquid & in toto norunt memorabile mundo,  
 Depingunt formasque breves, facilemque figuram  
 Orbis, & in partes disponunt, ut tibi tandem  
 Non sit opus peragrarè maris terraque iacentis  
 Difficiles nimium cursus; sed iam pede sicco*

Nunquam locorum  
 ratio mutatur, nisi  
 diuino miraculo oc-  
 currente.

Dant ineptissimos  
 fabularum libros,  
 qui in Hispania le-  
 guntur, frequenti  
 titulo, Equitum er-  
 rantium, quos vocant;  
 utpote qui non ve-  
 ritate modò, sed ar-  
 te atque iucundita-  
 te omni careant.

Geographiæ laus.

Iamquæ domi residens patriæquæ intentus amata  
 Omnia perspicias latus loca, quæ tibi cumque  
 Sint audita semel, siue illa illustria gestis  
 Induperatorum, monumenta quæ prisca referuent,  
 Siue loci genium, fuerit mirabile, raris  
 Ostensis, seu quid teneant, quod fama frequentet,  
 Nec visus mihi formam hominis nomenque tueri  
 Quisquis in expertus pelagi nulloquæ labore,  
 Sed facili studio cognoscere negligit orbis  
 Mirandam speciem, partes, formasquæ, situsquæ:  
 Namque hominis natura olim formata probatur,  
 In pelagi & terræ imperium, totusquæ per ævum  
 Mundus erat sedes nostra, atque armenta feræquæ  
 Et volucres, & monstra maris, quæcunque sub undis  
 Neptunus pascit, Triton Proteusquæ recensent,  
 Nostra olim fuerant, nobis sunt edita cuncta:  
 Quod si hominum crimen, si læsi numinis ira  
 Tantarum imperium rerum fructusquæ, vetabant,  
 Interdicta tamen non est vel notio nostris  
 Mentibus, at potius sit commendata videndi  
 Copia, vel saltem noscendi, ut scilicet ipsum  
 Cunctarum auctorem rerum miremur, ut altè  
 Crimina tam dulces nobis per dentia fructus  
 Detestati, ipsas flectamus numinis iras,  
 Et meliora etiam maioraquæ, dona petamus.  
 ,, Hoc satis ad causas narrandas credimus esse,  
 ,, Ut brevis, & distincta suis ut temporibus sit,  
 ,, Atque locis: ut cauta etiam narratio rerum,  
 ,, Partibus his constans, tibi quas prodesse putaris.  
 Hæc tamen haud raro fuerit dicentibus olim  
 Prætermissa; etenim cum res iam constet, & omni  
 Indice se moto sese præferre videndam  
 Possit, in experti fuerit consumere tantum

Homo in orbis do-  
 minū formatus est;  
 qui, tamen ob pec-  
 catum possessione  
 totius orbis detur-  
 batus sit, non est ta-  
 men ab orbis cog-  
 nitione prohibitus.

Summa narrationis

Nonnunquam nar-  
 ratio prætermitti-  
 tur, cum scilicet res  
 constat ipsa.

E Tempo-

*Temporis, ut tandem iam auditor dicat, id ante  
Constiterat melius: namq̄ ipsi vidimus, atque  
Adsumus, fuerit quare prudentia sepe,  
Narrandi studio, cassoq̄ vacare labore.*

Quamquam narra-  
tio aliquando prae-  
teritur, nūquā  
tamen propositio  
præteritur. est  
autem propositio  
breuis oratio indi-  
catus, summā eius  
rei continens quam  
Orator probare in-  
tendit.

*Ast ommissa fuit numquam pars illa loquendi,  
Quæ totum concludit opus, quæ finis agenti est,  
Inq̄ vnā hanc omne & studium curaq̄ parantur,  
Cuiq̄ orantis opes cuncta seruire iubentur,  
Propositum dicta est Logice, pars scilicet illa,  
Quam sibi proposuit dicendo quisque probare,  
Sive breui ac tenui dicat molimine solum*

Propositio commu-  
nis est Dialectico &  
Rhetor.  
Dialectice peri-  
phrasia.

*Contracto sermone vsus, viresq̄ secutus  
Dicendi, & veri nervos & pondera querens,  
Qualem dicendi obseruant gymnasia formam,  
Sive etiam maiore sono popularia tractet  
Munera, perq̄ forum, per templa & pulpita latè  
Exercere parat multis certamina verbis;  
Affectusq̄ petat, vel vulgi pectora tentet,  
Quidquid agat, quocūque modo quis dixerit, & qua  
Arte, quibus verbis cumq̄, & quocumque tenore,  
Propositum imprimis ostendit, propositumq̄  
Collocat, obq̄ ipsum certat: nam finis agendi  
Ipsū illud firmare fuit, dictisq̄ probare:  
Hoc parat, huc tendit: nam qui proponere dictis  
Neglexit certum votum finemq̄ petendum,  
Non minus insanit, quā si undique comparet omnē  
Materiam, atque trabes, cæmēta, & maxima saxa,  
Aes, calybem, fabros, & marmora: nesciat autem  
Quam molem sibi describat, quæ mœnia plantet,  
Aedificet ue domum, turrim, vel pyramidem ue.  
„ Ergo tibi proponendum sit semper, & vnum,  
„ Seu tu multa petas, votum perducere ad illud,  
„ Quod cupis imprimis expleri, hoc propositum sit*

Eadem quæ primo  
propositio dicitur,  
postremo conclusio  
appellatur.

Cum

*Cum factum infectumve paras ostendere quicquam,* Propositionis summa indicatio.  
*Cumve optas fieri, cumve auersaris agendum:*  
*Quidquid aues tandem vel confirmare, negasve,*  
*Vel suadere paras, vel dissuadere, vocamus*  
*Propositum. prima in fronte sermonis, idemq;*  
*Cum confirmatum fuerit, Conclusio dicta est.*

*¶ Cura etiam, dum proponunt, fuit illa patronis,*  
*Non ingrata umquam, sed maxima comoda semper* Propositionem sequitur partitio, ma  
*Promittens, si quam causam, & quaecumque pararet* quam afferens in  
*Dicere, dispositis monstrarent partibus, ac sic* dicendo lucem.  
*Quidve tacere velint, vel quid tractare, professi;*  
*Consulerentq; simul causa, totiq; corone;*  
*Plurimum enim intererit, seu tu turbata relinquant,*  
*Et caeco confusa modo, seu singula prudens*

*Disponas, quaecumque tibi dicenda parantur:*  
*Hoc meus in templis nolim desideret umquam*  
*Auditor, sed cum nos de pietate colenda,*  
*De superum donis dicentes audiat, ante*  
*Prauideat, quam multa sibi quam commoda rerum*  
*Tractentur, si verba tamen non singula mente,*  
*At capita & partes saltem, certa sq; figuris*  
*Contineat, secumq; ferat, tacitusq; reuoluat.*  
*Non omnes Villega tuum qui nomen & artem*  
*Mirantur, quando magni sacraia templi*  
*Ingressi sacrum prospectant fornice leua*  
*Munus, & erectas in cultum Virginis aras,*  
*Et templi effigies, quod Dorica sustinet Ancon,*  
*Singula non omnes operis perpendere norunt*  
*Momenta, & partes cunctas, connexaq; membra*  
*Artis, & in minimis numquam fallentia rebus,*  
*Naturaq; parem curam, similemq; decorem.*  
*Ait amen in superos pietas concepta, tuiq;*  
*Et studium, & laudes spectantum in fronte leguntur:*

In concionibus sacris partitione necessaria est, ut auditoribus consuletur.

Probat reru partitionem & distinctionem plurimum iuuare auditores, qui quamuis singularum rerum & omnium ornamentorum capaces non sint, tamen precipua rerum capita secum referunt, quibus sibi consulunt. quod probat exemplo artificialis picturae, in qua quaedam ad monumentum rerum, quaedam vero ad artis admirationem pinguntur: in cuius picturae exemplum laudatissimum proponit opus Petri Vileghii pictoris Hispanensis, quod in templo magna sacratio D. Mariz de Loreto consecratum est.

*Quandoquidem cuius facile est cognoscere viuum  
Virginis os, pueriq; sacri salientia membra,  
Ipsum praterea diuini infantis alumnum  
Felici puerum gaudentem ducere dextra,  
Ceteraq; exiguo in spatio conclusa, quibus iam  
Iam manus inuideat. Paphus celebrata tabellis.*

*Illud in hoc genere & cupio te discere lector,*

*Quod breuiter lucem admoueat, ducatq; paranti  
Partiri, & gratis ostendat partibus vti.*

*Omnis cura tibi cum vis partire, laborq;*

*Sit primum statuisse modos, momentaq; cause,*

*Quaq; tibi imprimis fuerint communia & hosti,*

*Quaq; vltro concessa velis, nec tendere contra*

*Coneris: cum sint cunctis manifesta, nec illa*

*Posse negare datur, vel nil concessa nocebunt.*

*Hac primum statuas breuiter, breuiterq; remittas,*

*Vt facile hac donare feras permittere & hosti.*

*Prima igitur pars hac dicta est Seiunctio, cuius*

*Officium cause admissas seponere partes,*

*Alter a cura tibi sit, quas tu vis ipse tueri,*

*Exposuisse prius partes, breuiterq; tulisse,*

*Et numerasse etiam, docilis sic namq; paratur*

*Auditor, facile atque tenet molimina cause:*

*Hac mihi posterior pars est Diuisio dicta:*

*Vt si concedat mortem genitricis Orestes,*

*Sed neget esse scelus, promittens acta parentis*

*Dicturum sese, thalami violata iugalis*

*Iura, & adulterium, patris & crudelia fata,*

*Atque nephas legem sociam prodentis amici.*

*Tertia dicentem sequitur, sed maxima cura*

*Confirmare meas causas, intentaq; dictis.*

*Constabilire, omnes vires hac poscit, opeq;*

*Argumentorum nervos & pondera, quaq;*

*Arma*

In partitione illud obseruandum est, vt proponamus quid nobis cum aduersario commune, quid concedere velimus, quid non: quam partem Seiunctionem, vel Separationem vocant Rhetores.

Seiunctio.

Distributio, est singularum quas probare conamur partium certo ordine collocatio.

Tertia orationis pars est Confirmatio, de qua hoc in loco.



*Arma parat ratio, & vis inuenit ipsa diserta  
 Artis, in hanc videas obnixè incumbere partem,  
 Et studium mirere illud vigilemq; laborem,  
 Et trepidatē operam, quā Rhetor præstat anhelus  
 Undique dum munit causam, dum fulcit & altè  
 Aedificat vallum, dum propugnacula plantat:  
 Ne quid inexpertum, non tentatumq; relinquat;  
 Scilicet ut causam firmetq;, animosq; fidemq;  
 Conciliet, veramq; probet partem, aut potioris  
 Momenti, superetq; ipso certamine causam  
 Alterius, quicumque paret contendere contra.  
 Hæc pars à nostris iam Confirmatio dicta est  
 Causidicis: huic tota subest contentio, quando  
 Hic rationis opes, atque hic victoria partis  
 Principis humana mentis proponitur: ergo  
 Huic multum incumbas Orator, quisquis haberi  
 Doctus amas, immortale, & per secula nomen  
 Queris, & à nullis culpanda relinquere doctis  
 Scripta, pares vulgo affectus mentisq; quietæ  
 Impulsus, ratione pares peruincere doctos.  
 Hanc partem gemino potis es soluisse labore,  
 Nec sequitur plures curas Orator agendo,  
 Dum parat & causam firmare, & viribus ipsam  
 Constabilire suis, primum est producere multa  
 Argumenta locis, tibi quos signauimus ante;  
 Nec vacat hos cursu rursus monstrare peracto:  
 Sat puto teq; viam & vestigia cuncta notasse.  
 Altera cura tibi fuerit, quacumque pararis  
 Argumenta, sua ut deceat finxisse figura,  
 Atque modo tali, qualem ratio ipsa loquendi  
 Exigat: hæc etenim momenti maxima pars est,  
 Scire quibus torquere queas tua tela modis, ut  
 Viribus, & cunctis facile ut sis dexter in armis.*

In confirmatione  
 proposita est victo-  
 ria intellectus, qui  
 humani animi po-  
 tissima pars est.

Docti rationibus  
 superantur, vulgus  
 affectibus.

Confirmatio dua-  
 bus rebus perfici-  
 tur, argumento &  
 argumentatione.

Argumentatio, est  
 argumenti in debita  
 figura & certo mo-  
 do dispositio.

Argumentandi rationem & usum gymnasticis maximè docent.

*Hanc assueti tibi dederint gymnasia partem,  
 Illic nam iuuenum ratio exercetur, & illic  
 Ludicra proponunt Logici certamina, causis  
 Grande operaprecium in veris factura, nec usquam  
 Palladia meruit quis maxima premia palme,  
 Ni docti primum deductus ab arte magistri  
 Ingenij leuibus vires exercuit armis  
 Edoctus iaculum torquere, & cedere, & hostis  
 Oppositiq; minas atque intentata cauere  
 Vulnere, quaeque fuga fuerint momenta, quibusq;  
 Temporibus premere, & constanti pectore pugnam  
 Clamoresq; truces, atque ardua cuncta subire?  
 Non igitur magnos debet contemnere ludos  
 Orator, doctisq; operam prestare magistris,  
 Quisquis erit qui nostra legat, nostrisq; moneri  
 Consiliis putat esse aliquid: nam si modo non te  
 Quicquam aliud possint gymnasia docta iuare,  
 Illud non magnum credas dignumq; peritu,  
 Quod trepidantem animu confirmant, quæq; pauore  
 Ingens turba solet dare circumspecta volenti  
 Dicere, seu quicquam in medium proponere, nullus  
 Hac timeat, primis quicumque assuevit ab annis  
 Certare in magnis ludis grandemq; coronam  
 Doctorumq; senum cernat, iuuenumq; virentum  
 Ora, & amicorum cæuis peccata paratos  
 Seruare, & lapsum exiguum ridere sodalis;  
 Despiciat tamen hæc cuncta, intrepidusq; ruborem  
 Exuat, & dicat, maioremq; esse cateruam  
 Iam cupiat, vacuæ ac doleat subsellia partis.  
 Argumenta igitur dicendi quarit nostris  
 Præceptis, loca cuncta tibi monstrata notabis,  
 Eruerisq; & opes ingentes, commoda magna:  
 Illa tamen qua formentur ratione modog;*

Laudat scholasticas exercitationes, tum ob multæ, tum etiã quòd in illis pudor ille rusticus exiur, qui in rebus agendis & frequentu conuentu obesse solet.

Dicit Poëta se locos proposuisse unde argumenta eruntur, qua autem ratione hæc in argumentationem componantur non esse suum præcipere, sed didacticorum, & eorum, qui in scholis versantur.

Consule

Consule doctores Logices, qui cuncta docebunt  
 Argumentandi molimina, certius illos  
 Hanc partem tractare vides, breuibsq; docere  
 Exemplis, breuibsq; modis: nam semper in arctum  
 Proponunt contracta tibi argumenta, sed hac tu  
 Liberiora dabis. namq; hac contracta loquendi  
 Forma valet partem rationis vincere, sed non  
 Afficit interdum, ac visa est nimis arida multis,  
 Conuenit atque scholis tantum, quibus usq; laborant  
 Discipuli sermone breui perdiscere multa:  
 Nuda igitur ratio ac tenuis proponitur illic,  
 Verbaq; parca nimis, tantum referentia rerum  
 Naturam exiguo molimine, nudaque ab omni  
 Ornatu, nostro presertim tempore, quando  
 Angustè effertur quauis sententia, quondam  
 Ipsa hæc liberius multo grauiusque fluebant:  
 Constat Aristotelis libris, potiusque Platonis,  
 Plutarchi, atque etiam scribentis multa Galeni,  
 Quos simul vtilibus videas incunda parare,  
 Et res miscentes doctas & dulcia verba.  
 Et refert multum id, nam libera pectora tangunt  
 Impulsu dulci dicendi, & vincere mentem  
 Conantur, redduntque bonos doctosque vicissim  
 Discipulos, moresque regunt, animu quoque lustrant:  
 Hinc doctos iuuenes videas, qui plurima passim  
 De rebus didicere sacris, de moribus usque  
 Plurima: sed tenui ac dura sub imagine vocum  
 Hæc didicere, nec integris sunt moribus ipsi,  
 Nec populos sermone queunt perducere in alta  
 Mcenia virtutis, vel vitæ exempla probare.  
 Non igitur sola est ratio discenda, sed omni  
 Dicendi ornanda est specie suauisque decore,  
 Ut placeat, subeatque iuuans penetralia nostri

Scholastica disputa-  
 tandi forma nõ tan-  
 tum ad persuaden-  
 dum, quantum ad  
 docendum apta est.

Comparat antiquã  
 disputandi formam  
 cum ea quæ nostræ  
 tenetur tempore.

Doret dialectici ser-  
 monis ariditatem  
 in causâ esse, vt iu-  
 uenes qui in scholis  
 versantur etiam si  
 eruditi sint, mori-  
 bus tamen sint ue-  
 ligentiores. i. iure  
 contingendam esse  
 sermonis elegantiam  
 cum veritate.

*Pectoris, atque paret sedes, intusq<sub>3</sub> medullis  
 Hereat, ut nullis vellatur viribus; inde  
 Membra regat, cogatq<sub>3</sub> sequi pulcherrima quaque:  
 Hoc meus Orator curet, rationis habere  
 Fundamenta, modos logicos, formasq<sub>3</sub> disertas;  
 Liberiore tamen campo spaciatur, & ipsam  
 Non sit contentus rationem vincere, tentet,  
 Tentet & hanc partem mentis, que libera nobis:  
 Et iuuet imprimis sensus, specieq<sub>3</sub> loquendi  
 Alliciat, gratis commendans omnia verbis.*

Voluntatis descrip-  
 tio.

Cōfirmationis par-  
 tes tres: prima est at  
 gumētorum copia,  
 argumenta vel vera  
 vel saltem probabi-  
 lia sint.

*Confirmare tribus continget partibus, una est  
 Undique collatis causa fulcimina rebus  
 Atque fidem prestare tue, quocumque probari  
 Posse putes, illud non pratermittere, quamuis  
 Non manifesta tibi reddatur causa, tamen sit  
 Iuncta probabilibus rebus, quas scilicet ipsa  
 Aut ratio dederit causa, ingeniumve paravit  
 Undique, & in tempus presens produxerit, ut sic  
 Ipse fidem faciens vincas, palmamq<sub>3</sub> reportes.*

Alteram confirma-  
 tionis partem pon-  
 dus appellat, cum  
 scilicet validis argu-  
 mētis & certissimis  
 probamus, ut certū  
 a probabili distin-  
 guatur.

*Altera pars causam firmandi est, optima rerum  
 Ponere non ullos ictus metuentia duos  
 Fundamenta, quibus connixa est causa, negari  
 Quæ nequeant ullis rationibus, atque perire,  
 Hanc confirmandi faciem, que viribus usque  
 Nititur eximius, poteris tu dicere pondus,  
 Pondus enim causa est magnum, nec cedere doctum.*

Tertia confirma-  
 tionis pars est Firma-  
 mentum, cum ad-  
 uersarij probatione  
 labefactamus.

*Sed confirmandi pars tertia Firmamentum est,  
 Quæ nostrum non fulcit opus; sed concutit hostis  
 Crebro collidens fundamenta impete, nec non  
 Ictibus assiduis, inimicq<sub>3</sub> tela retundit.*

Exemplo præceptū  
 illustrat; labefactat  
 enim Lutheri ratio-  
 nes, quibus suā infa-

*Ut si se vitius offensum saepe queratur  
 Lutherus, & quædam non dissimulanda videri  
 Christicolūm populis, consingere qualia multa*

Ipse solet causas pratexens turpibus ausis  
 Criminibusq<sub>3</sub> suis, dicens quod scilicet illum  
 Vita sacerdotum quorundam offendit auara.  
 Accusator ego contendam: crimine turpi  
 Non careas Martine tamen; namq<sub>3</sub> omnia legum  
 Iuraq<sub>3</sub> fasq<sub>3</sub> vetant, paucorum crimina multis  
 Obijcere, & nullo discrimine perdere cunctos.  
 Magna sacerdotum pars est, (quod & ipse negare  
 Haud poteris) quibus officij est non infima cura,  
 Qui sanctè pureq<sub>3</sub> colunt mysteria Diuûm:  
 Vnde nephas tantum, confundere protinus omne?  
 Esto igitur, non iusta quidem sit vita malorum,  
 Nempe sacerdotum; sed quis tu Luthere vindex?  
 Num desunt sacriq<sub>3</sub> Patres, sanctusq<sub>3</sub> senatus?  
 Num supremus abest iudex, num denique iura  
 Non sunt, quæ iubeant diros punire nocentes?  
 Horum nempe fuit, cunctos quos vindice poena  
 Nouissent dignos compescere, premia dignis  
 Reddere, cuique suum ius & seruare decebat.  
 Stulte quibus causis aut quo vesane colore  
 Criminis euites aciem, scelerisq<sub>3</sub> notari  
 Effugias? si cuncta Deum tu iura hominumq<sub>3</sub>  
 Confundis? si iudicibus Patribusq<sub>3</sub> relictis  
 Seditioe graui conturbas omnia? nec vis  
 Pontifici parère sacro, nec legibus vllis,  
 Exemploq<sub>3</sub> tuo ac verbo vis cogere vulgus,  
 Imperiumq<sub>3</sub> auersari, & contemnere cuncta  
 Iura hominum, diuina etiam sanctumq<sub>3</sub> timorem  
 Spreuisse, & laxas vitis effundere habenas.  
 Scilicet hoc pietas fuit & prudentia magna,  
 Atque sacerdotum compescere crimina? nullos  
 Esse sacerdotes, nullum voluisse senatum,  
 Pontificem nullum, pratorem denique nullum,

niam honestare hereticus ille, conatus est.

Lutherus sic confirmat: Videbã multa in populo Christiano geri, quæ mihi visã sunt indigna Christiano nomine. Rationem Martini sic labefactat Poëta: Paucorum crimina non sunt omnibus afferenda; hoc enim maximè iniustū est. tu paucorum crimine omnes dñas, ergo iniustissimus es.

Aliud firmamentū: si maximè verum esset quod dicit, tamè tuum officium non erat vindicare. sequitur ergo te no uarum rerum cupiditate impulsū, maximos tumultus excitasse.

Colligit impium & imprudentissimum fuisse Lutherum. ab euentu arguit sic: Cùm tu omnes sacerdotes & pontifices de medio tolle-

re coneris, sequitur  
te noluisse Christia  
nos mores corrige.  
re, sed perdere: vn-  
de consequens est  
te mentiri.  
Inuehitur in Luth-  
rum, quod maiore  
confusioem in re-  
ligionem intulerit,  
quam quæ apud in-  
feros est.

*Vindictibus populum priuare, ac religionis  
Vincula discutere, ac mundum sine legibus esse.*

*Quod nec in infernis sæui penetrabilibus orci  
Posse manere putem: nam quamuis ordinis illic*

*Nulla subest ratio, quamuis confusio cæca*

*Illic sit, sua iurata tamen seruantur & illic,*

*Nec temere quisquam tenebrosi in carceris antro*

*Aut patitur pœnas sæuas, aut tristia damna:*

*„Omnia sunt firmata suis iam legibus, absque*

*„Legibus ipsa etiam Plutonia regna perirent.*

*„Tres igitur sunt hæ quas confirmatio partes*

*„Vcrsat agens: est una fides, est altera pondus,*

*„Est firmamentum, quod semper percutit hostem.*

*Confirmat. Rhetor formis persæpe duabus*

*Interdum formans geminis dicenda figuris,*

*Quas disceptandi docta traducit ab arte;*

*Ille quidem sæpe à simili vel compare rerum*

*Natura accumulatur, quæ non timet esse neganda:*

*Hæc ubi constituit, studioquæ latente probauit,*

*Proposuit prudens hosti, iussitquæ fateri,*

*Protinus incantum inuitumquæ opprimit, atque*

*Propositam trahit in causam, & concedere cogit.*

*Hæc nostris logicis Inductio dicta figura est,*

*Sunt qui exempla vocent. Sed nos exempla vocamus.*

*Quando à personis personarum quoque gestis*

*Argumentandi vires inducimus: at cum*

*Ab reliquis rerum naturis pondera, vimquæ &*

*Argumenta trahis, simplex Inductio tunc fit:*

*Hanc sequitur natura magis formamquæ frequentat*

*Sæpius, & minimum pars hæc producitur arte:*

*Nam facile & pronum est inducere: rustica turba*

*Et pueri inducunt, dedit hoc natura benigna*

*Omnibus expositum; quare & vis maxima in illo est*

*Ordi-*

**Summa.**

De figuris quibus  
Orator in confir-  
mando vtitur: duæ  
autem plerumque  
argumentandi for-  
mæ sunt, altera est  
inductio, cum argu-  
menta prudenter ac-  
cumulamur, & ita  
disponimus, vt ab  
aduersario conce-  
dantur; ex quo se-  
quitur concedende  
conclusionis neces-  
sitas.

Quid inter indu-  
ctionem & exem-  
plum differat.

Inductio minus ar-  
tificiosa est, sed ad  
probandum fortis-  
sima.

*Ordine, nec Veneris minimū minimumque decoris.  
 Altera forma licet natura in fimbis orta est,  
 Artis habet magnam partem, ingenijque disertum,  
 Et vulgo semota magis, doctis que propinqua,  
 Non aliena tamen penitus, non abdita vulgo:  
 Namque usus persape monet, tractatque frequenter  
 Hanc formam pueros inter, turbamque minorem:  
 Ut credas e natura radicibus ortam:*

*Hac nomen vulgare tenens a fonte sororum  
 Auersum, cupi efferris numeris pedibusque  
 Aptius, unde illi vates Collectio nomen  
 Fecerunt, Gracas perdocti exponere voces.  
 Ergo tribus constat collectio partibus; una est  
 Maior, habens claram lucem, rebusque probandis  
 Conueniens: sequiturque minor, qua assumptio multis  
 Dicitur, assumens quam vis conuincere partem.  
 Tertia pars vulgo logicis Conclusio dicta est;  
 Dicta quoque a multis intentio saepe Poëtis.  
 Has tibi ieiuno tradit sermone diserta ars,  
 Quam Logicen dicunt, tantum confingere sucta  
 Argumentandi nudas sine robore formas;  
 Quas ubi Rhetoricis Orator saepe figuris  
 Ornauit, dicens, verbisque modisque decoris  
 Exhibuit, tantum Veneris praeferre videntur,  
 Ut cunctos moueant sensus, ducantque trahantque,  
 Ac rapiant cunctos, cunctorum pectora pulsent:  
 Ipsum praeterea logicum magnamque probandi  
 Artificem fallant; miratum tanta decoris  
 Munera, qui non agnoscat sua fila, suum nec  
 Inclusum sentiscat opus, sat Rhetoris omne  
 Esse putet: tantaeque exardeat artis amore.  
 In genere hoc illud cupiam te aduertere lector,  
 Sape aliquam partem studio properante relinquere*

*Huius*

Altera argumenti  
 di forma ratiocina-  
 tio, à Poëta Colle-  
 ctio appellatur, vo-  
 ce è Græco verbo  
 Συλλογισμῶ  
 traducta.

Collectioem vo-  
 cat, alludens ad illud  
 Persij: Mendose col-  
 ligis, inquit Et lu-  
 uenal. Cōtinuò me,  
 cum sic collige.  
 Ratiocinationis  
 partes secundum  
 peripateticos tres  
 sunt, maior siue  
 propositio, minor  
 siue assumptio, con-  
 clusio quam com-  
 plexionem vocant.

De Enthymemate,  
 quod & ipsum ra-  
 tionatio, sed trun-  
 cata est, altera ex  
 duobus prioris par-  
 tibus deficiens.

*Huius, qua nobis dicta est collectio, forma;  
Sive quod id ratio variandi postulet ipsa,  
Seu vehemens petat id dicentis & impetus, ut qui  
Festinet, damnetq; moras, & feruidus hostem  
Urgeat, Enthymema genus hoc dixerere priores,  
Nec genus aduersum est primis, ast curta secundi  
Et contracta modo species, sed viribus una:  
Ac librata pari momenti pondere, tantum  
Commoda & ad facilem captum & torquerier apta.*

De elocutione, quæ  
propria Oratorum  
est.

*Artis opus propriū tandē, & pars optima restat  
Nunc referenda mihi, cuius sine munere nullus  
Orator dicendus erit, fortasse disertus  
Quisquam erit, inuentis felix, atque ordine felix,  
Ceteraq; ingenij teneat præconia, laudem  
Orantis tamen huic numquam concedere nostra  
Musa velit, quicumque caret vel lumine tanto  
Dicendi: huic parti nomen fecistis Athena  
Sæpe ῥῥῆσις, quam Romano sermone vocamus  
Eloquium, siue huic affinia nomina voci  
Tu tecum meditère, meis non apta Camenis:  
Nec faciles cessura pedes in vincula nostri  
Carminis, obliquo cupiam seu tendere casu  
Retia, vel cupiam ductu præcludere recto,  
Effugient quocumque modo, labentur, & arctos  
In numeros numquam venient legemq; seueram.  
Unum igitur nomen, quo rem nos sæpe vocamus,  
Sit satis eloquium, dum rem cognoscimus ipsam,  
Et partes, viresq; omnes numeramus; id est, quod  
Conandum institui, non artis nomina cuncta  
Tradere, sed facilem ac dulcem pede carminis artem  
Efficere, at voces & nomina tu tibi magnis  
Cuncta voluminibus quares, queis prisca virorum,  
Et noua queis constat sapientia, protinus artem*

Eloquium in car-  
mine quadrat; elo-  
cutio autem non  
quadrat neque in  
recto casu, neque  
in obliquo.

Cum



Cùm teneas nostram, mox cunctas consule chartas:  
 Eloquij præcepta tibi discenda paramus,  
 Quam partem certè Orator sibi vendicat unam,  
 Cætera fortassis natura aut munera dicas,  
 Aut accepta alius referantur ab artibus: ast hanc  
 Qua eloquimur partem nulli debere fatetur  
 Orator, nisi Rhetorica studioq; perenni  
 Dicendi: hos tantum est assueta agnoscere semper  
 Nec fines alios emensa est, prima tuetur  
 Limina, priuatosq; lares; sed nomina tanta  
 Hic habet, ut meritò orandi sibi præmia palma  
 Sola olim tulerit, tantum & dicendo valeret  
 Quisque, huius quantum partis Veneremq; modūq;  
 Perciperet studio ac usu, atque in publica ferret  
 , Comoda, finis enim cunctis hic artibus vnus.  
 Totum igitur genus hoc nostro quod nomine & arte  
 Dicimus Eloquium, cuius momenta putamus  
 Maxima, non multis id constat partibus; id tu  
 Mente animoq; queas facile ut comprehendere: namq;  
 Membra duo eloquij formam totamq; figuram  
 Perficiunt, vnum est selectis omnia verbis  
 Dicere, queq; tua non sint nimis absõna lingua;  
 Sed tu Romano cupias, seu dicere Graio,  
 Hispanumve forum dicens Gallumve frequentes,  
 Seu magis Hetruscam cupias impellere gentem  
 Dicendo, seu Germanos de religione  
 Compellare pares: namq; omnibus omnia linguis  
 Artifici proferre modo prohibet nihil, & si  
 Barbara, & à nostro nimium distantia celo  
 Gens fuerit, Græci penitus rudis atque Latini  
 Sermonis, tamen hæc numquam fraudata loquendi  
 Usibus egregiis, ipsorumq; auribus apto  
 Verborum dulciq; sono, suauiq; lepore.

Artium omnium  
finis, vtilitas pu-  
blica.

Elocutio duabus  
rebus constat, ver-  
borum & senten-  
tiarum elegantiâ.

Nullam esse linguâ  
quæ eloquentiæ  
non sit capax.

Probat in barbaris  
linguis elocutioni  
locum esse, Hercu-  
lis Gallici exemplo

*Herculeum quondam eloquium mirata vetustas  
Gallica, qui potuit propellere pectora dictis,  
Inque aures docta connectere vincula lingua,  
Frenaque in immanes populos, queis tota moueri  
Turba hominum, vocisque sequi moderamina dicta est.  
Barbara Theutonicis lingua est, collisaque multis  
Partibus, & nostris omnino dissona verbis;  
Sed tamen inuenit dicendo verba modosque  
Lutherus, heu dirum nostro quoque tempore monstrum;  
Religionis onus, pestis teterrima sancta:  
Quemque Giganteo conceptum semine tellus  
Sua paraturum in sanctos molimina diuos  
Aedidit, anguineo perfundens ora veneno:  
Hic ergo inuenit dicendo verba modosque,  
Queis falsum suadere nefas, corrumpere Christi  
Fus potuit, populosque suis erroribus actos  
Precipiti Stygios cursu propellere in omnes:  
Tantum igitur studium lingue patrique leporis  
Contulit huic, quamuis vocum sit barbarus usus,  
Ut non vera, tamen turpi temerarius ausu  
Suaferit, & multis populis persuaserit, usque  
Ad gladios ignesque rogi, & discrimina mortis  
Maxima, que nostro perpeffos cernimus auo.  
O superum veneranda cohors, auertite vestris  
E populis immane nefas, diramque furorem,  
Ne serpat contacta lues, atque impleat orci  
Non exoratas undas, Stygiamque paludem,  
Inque ipsum sceleris tanti fraudisque nephanda  
Auctorem extremo conclusum carceris antro  
Fulmina, tela, faces sanas, ignesque perennes  
Et volucres, furiasque omnes, atque omnia tandem  
Tormenta, & tristes cunctas immittite penas.  
Sed redeo, ne dum commotus pectore acerbo*

Probat idē Lutheri  
exemplo, qui cum  
non doceret veri-  
tatem, tamen ob e-  
loquētiā Germa-  
nis suam lizrefia  
persuasit.

Exclamatio eum  
deprecatione.

Tot maledicta, tamen minus hac explemtia mentem,  
 Accumulem. Dabitur tempus, quo falsa professos  
 Confringam, validisque impugnem multa lacertis.  
 Tu tantum dux esto meis Christe optime votis,  
 Nazaridum decus aeternum, verique bonique  
 Auctor, & infernis numen trepidabile regnis.

Eloquij pars una tibi constabit in ipso  
 Verborum satis electo curaque petito  
 Iudicio, neque enim tibi qua sese obuia cuncta  
 Obtulerint, mox admittes, cupiesque referre:  
 Multa tibi pensanda prius, voluendaque multa,  
 Ut referas ipsis coniuncta & commoda rebus;  
 Cuncta quidem nouisse volo, vel & ultima nostrum  
 Verba Oratorem, tamen hac sibi condita certis  
 Discretisque locis cupiam, si quando parabit  
 Dicere, ut inueniat propriis quadrantia causis.  
 Nulla etenim vox esse queat, modo prodita constet,  
 Et certo signata usu, qua sola vagari  
 Debeat, incerta aut nulla sociabilis ansa,  
 Sunt propriae sedes cuique, & loca commoda cuique.  
 Hac igitur voluenda tibi non ultima cura  
 Traditur, in nostram quisquis diuerteris artem,  
 Ut tibi cunctorum verborum regula certa  
 Constet, & ad qualem legem, sinemque, modumque  
 Pertineant, prudens discernas; inque tuum ius  
 Dispositis promenda locis tibi cuncta recondas:  
 Tum metire, suo cum tempore res petet ultrò,  
 Quae rebus quadrent ipsis, iungantur & apte,  
 Ne rerum pars nuda breui sit nomine, & ultra  
 Promineat tenuis spectanda & voce minore,  
 Eleuet atque graues causas, & pondera rerum,  
 Neu maius nomen grauiusque & viribus impar  
 Indueris rerum, ex nano faciendo gigantem:

Prior elocutionis  
 pars, verborum cle-  
 ctio.

Vocum omnium  
 cognitio tenenda, sed  
 iudicio estimandū,  
 quae verba quo in  
 loco quadrent. vna-  
 queque enim dicitio  
 suam habet sedem.

Magnis rebus mag-  
 na, mediocribus  
 mediocria, exiguis  
 paria verba sunt  
 accommodanda,

Nec

Nec deceat: sed & ipsa suo cum nomine parua  
 Res cadat, inq̄, sinu pendens reuolutaque lato  
 Ridiculam speciem, vanum quoque praebeat usum.  
 Verba igitur grauibus rebus quadrare recusant  
 Exigua, & vitium magnūque admissa ruborem  
 Concipiunt, summas non attingentia partes.  
 At contra leuibus rebus componere magna  
 Nomina ridendum est, ceu tentes fundero longis  
 Utribus humorem exiguum, sonat intus, & vsque  
 Vertitur, extremas semper versatus in oras.  
 Cetera vel vento complex, vel inania linquis.  
 Sint tibi nota prius dicenda orandaque cuncta,  
 Alter & inde labor, quo sint sermone ferenda  
 Prospicere, & paruis componere tantula rebus  
 Nomina, sed grauibus rebus coniungere magna.  
 Verba pares, formis spaciisque capacibus apta.  
 Si mediocris erit res, sint mediocria uocum  
 Pondera; ne, quando describis praelia, propter  
 Arbusta & salices glaucas lymphaeque liquentes  
 Inter barbato hircos capreaeque fugaces  
 Hac pugnare feras quam forti pectore & armis:  
 Sed prestare canas saltu cornuque ferire:  
 Neu rursus regumque ducumque micantia dicens  
 Pectora, bellorumque vices, & vulnera saeva,  
 Hic, dicas, fugit, hic currit, contingit, & illum  
 Percutit, atque manus imponit, calce feritque.  
 „Natura inuenit res nobis, nomina rebus  
 „Commoda nos ratio atque usus reperire coegit.  
 Iudicio querenda igitur, causisque probanda.  
 Sed tamen & propria voces & nomina lingua  
 Querere praemoneo, peregrinaque cuncta cauere  
 Absona sermoni, & nimium distantia vulgi  
 Auribus, illa etenim non intellecta parabunt

Exemplis illustrat  
praeceptum.

Magnis rebus mag-  
na aptantur verba.  
Humilia verba in  
magnis rebus ut  
deceant.

Utile nil, laudis dicenti præterea nil,  
 Tantum affectantis nomen sesequæ parantis  
 Ostentare alias voces & nomina doctum;  
 Quod vitium fuge tu, quisquis mea carmina laudas,  
 Atque artem cupis orandi pertingere. Nam cur  
 Si suadere paras alijs res, uteris istis  
 Vocibus & Delio dignis interprete, vel quas  
 Respuat, elusum dum sese indicat abs te,  
 Auditor, tamquam cupias ostendere, voces  
 Quas tenet is, nimium communes, te modo doctum  
 Produxisse novas, quas non intelligat ipse?  
 Sic nuper iuvenes vanissima pectora nostri,  
 Quorum forte tibi sunt cognita nomina Gaspar,  
 Nescio quid magnum egregiis virtutibus ausi,  
 Scriniaquæ & folles defraudauere paternos,  
 Atque auri quodcunque senex contraxit auarus,  
 Eripiunt, cunctasquæ parant inuisere partes  
 Orbis, & immensos terra pelagique labores  
 Durare, ut tandem rerum prudentia maior  
 Visendi studio doctis cupidisque paretur;  
 Neue domi segnes rudis atque inopina senectus  
 Occupet, & vitam videantur ducere inertem.  
 Italiam fato profugi Ligurinaquæ vix dum  
 Littora calcarunt, cum iam remeare, laresquæ  
 Exoptant proprios saturi fessique laborum,  
 Dulcis amor patriæ, patriam repetamus amici,  
 Desertosquæ focos, & dulcia fercula matrum,  
 Quas nimis heu mæstas facimus, lachrymasquæ peren-  
 Cogimus & tristes pro nobis edere planctus. (nes  
 Iam satis audendo terraquæ, marisque, repertum est,  
 Dum vaga ter Phœbes minuit, ter cornua complet:  
 Iam tribus (heu nimium) lunaribus absumus annis.  
 Talibus inde domum dictis patriamquæ reuifunt,

Iranie,

Annis Lunaribus, id  
est, mensibus.

*Miranturque alias facies, & pondera rerum  
Mutata, & quas virides liquere profecti  
Arentes nimium mæsses canescere, quòdque  
Creuerit in longos tunc nata cucurbita ramos;  
Iamq; nimis docti inuenes rerumque periti  
Nil nisi inauditas voces, noua nomina rerum  
Italico accentu crepitant, damnantque paternos  
Sermones, & verborum formamq; struemq;  
Nostrorum inuidiamq; mouent, cum cætera turba,  
Turba puellarum & inuenum mirata loquentes  
Suspicit, & tales iam concrepat anxia voces.*

Redit ad commen-  
dandam sermonis  
puritatem.

Quando nouis ver-  
bis utendum sit.

*Nostra sit, at numquam sermonem linquere cura,  
Vocibus & patriis cuiusuis dicere linguae;  
Nec nisi vel rerum nouitas, cum nomina resque  
Sunt aliena, nihil noua nos inducere cogat:  
Vel saltem si pulchra subest sententia linguis  
In reliquis, veniam possit concedere quisquis  
Audierit, sed rara tamen, que præbeat usum,  
Nec sese ostentans, sed factis commoda nostris,  
Atque decens & mox dictis clarescat ab ipsis.*

Quis fructus perci-  
piatur ex nouarum  
vorum affectatione

*Quisquis eris vocum nimium studiose nouarum,  
Dedecus inuidiamque tibi denuncio, si non  
Sint accepta tuis inuenta vocabula curis;  
Et modicam laudem, si sint accepta; parabis  
Vitare ingentes igitur cassosque labores.*

De verbis antiquis,  
quæ teous ea pernit  
catur.

*In verbis tamen antiquis est gratia maior  
Et grauitas, si rara etiam selectaque si sint,  
Nec cura suspecta nimis, sed credita casu  
Oblata, aut proprio dicentis cognita in usu.*

De verbis cõpositis.

Græci felices in cõ-  
ppendis veris.

*Compositis seruanda eadem ratioque modisque;  
Unica compositis felix est Gracia verbis  
Pluribus una modis voces committere multas  
Ausæ, sed obtinuit longo usu, dum sibi laudem*

*Ambitio-*

*Ambitiosa parat, dum multaque dicere tentat.  
 Has sibi diuitias inuidit cetera turba  
 Linguarum, parcat multum componere sermo  
 Nomina Romanus, tantum compingere verba,  
 Non tamen & temere assuetus, nam temperat, & se  
 Cogit in angustas leges, contenta paratis  
 Vocibus, inuento cuius inimica recenti.  
 Itala lingua quidem vocum splendore, modisque,  
 Et numeris diues, tenuis componere tantum.  
 Gallia nominibus doctas imitatur Athenas  
 In componendis. Germanica barbara nobis  
 Ignota, & de qua nullum promittere possum  
 Iudicium, tantumque paro proponere linguas,  
 Quas didici, & teneo. Patriy sermonis egestas  
 Nulla quidem, quamuis multis Hispania linguis  
 Diuisa est, at cuiq; tamen sua munera sunt sat,  
 Copia nulla deest verborum, nullaque rerum,  
 Dum modo non desit qui recte deligat usus,  
 Sed nimium tenuis concessa licentia nobis  
 In componendis tum verbis tum ve nouandis:  
 Utere iudicio in cunctis, penitusque memento  
 Orandi non esse tibi leue munus, ut inde  
 Securo liceat dormire, & stertere in aurem  
 Utramq; : at nimio studio curaque paranda  
 Multa tibi non res solum, sed nomina, voces  
 Multimode, quorum causas & pondera doctus  
 Prospicias, & certa pares in tempora, quidquid  
 Perpensum lectumq; tibi vel compositum sit.  
 Nam quo alio speres pacto peruincere cunctos  
 Dicendo, magnamque tibi contendere palmam?  
 Cum pariter valeant omnes coniungere voces,  
 Et motus & cuncta animi meditata referre,  
 Si non assiduam curam, instamque laborem*

Latinis præter verborum ex propositionibus compositionem res admodum compeditorum est usus.

Italorum verborum ratio.

Gallicae voces, quales.

Hispanorum verborum ratio & natura.

Es diligentior esse debet cura bene & ornate dicendi, quo plures hoc munere superandi sunt. Namque loqui omnibus datum est hominibus, bene autem loqui his solum, qui studio & cura ceteros superato studant.

*Impendas verbis ac rebus protinus illis,  
 Qua temere & nullo studio profundere nouit  
 Cetera, vulgarem rapitur dum, turba, per usum,  
 Vtere compositis tandem, componere parce.  
 Nec nimis auriculis credas, examina vulgi  
 Te fallent, nam saepe solet noua nomina vulgus  
 Et modo composita prae grandi admittere plausu:  
 Post ubi iam ventosa videt, commentaq; tantum,  
 Verborum, cui nulla subest sententia, tandem  
 Negligit, & vacuas patitur diducta per auras  
 Protinus illa suo cum magno autore perire.  
 Vidimus in nostris (nec multum viximus) annis  
 Scriptorum ingentem cumulum, quae vulgus inerti  
 Susciperet studio, nocturnae diuinae teneret  
 In manibus, caneretq; forent si carmina, si non,  
 Attamen assidue legeret quae & lecta referret.  
 Illa autem nuper tantum laudata, videmus  
 Vilibus officium solum praestare tabernis,  
 Ut piperis thurisque ferant reuoluta maniplos,  
 Aut elementorum pueris inuisa rescindi,  
 Nempe sua leuitate perit, quodcunque sine arte  
 Est opus, & nullis innixum viribus, ut flos  
 Qui neque odore placens, nulloque probabilis usu,  
 Exhibeat speciem tantum gratumque nitorem.  
 Tantum operis tantumque perit cura atq; laboris,  
 Si non te ratio, ast vulgi sententia ducat.  
 Magnus in hoc genere est nostro quoque tempore Petrus  
 Veleius claro Gaspar tibi sanguine iunctus,  
 Et mihi amicitia, quo nunquam charior alter  
 Montano, cui Montano non charior ullus;  
 Constamus paribusque animis paribusque elementis,  
 Corporis imparibus modulis, tamen una voluntas,  
 Inque bonis una est sententia, nec male quicquam*

Prudentissimū do-  
 cumentum, ne sem-  
 pervulgi iudicium  
 expectetur. Vulgus  
 autem solet noui-  
 tate verborum de-  
 lectari, quam qui  
 sequitur, sui tandē  
 nominis iacturam  
 facit.

D. Petrum Veleiū  
 virum inter nobi-  
 les eruditissimum  
 & inter eruditos  
 nobilissimum lau-  
 dat, cuius scripta  
 eleganti dictionis  
 stylo commendan-  
 tur.



*Annuat is, quamvis male quid me velle putarit;*  
*Ingenio quantum valeat cognouimus omnes;*  
*Cum docto sermone libros componat, ubi omne*  
*Et rerum decus eximium veneremque loquendi*  
*Exhibet. Exposuit nuper sanctissima dicta,*  
*Et vitæ præcepta, quibus sapientia sese*  
*Insinuat, dulci eloquio blandoque lepore.*  
*Maxima præterea Latio sermone parare*  
*Ingenij monumenta sui non desinet usque,*  
*Quæ legum & iuris nodos exoluere cacos,*  
*Iustitiæ & faciem possint ostendere certam,*  
*Grataque sermonis specie, quo cultior alter,*  
*Quemue suum magis agnoscat pater ipse Latini*  
*Tullius eloquij, & dulcis Polyhymnia, non sit.*

Alibi ad librum  
 quem Petrus Ve-  
 leius edidit, cui  
 titulus est, SE-  
 LECTAE SEN-  
 TENTIÆ.  
 Idem Petrus utilif-  
 sima opera de iuris  
 & æquitatis ratio-  
 ne composuit, quæ  
 modum præcisa sunt.

» *Esto igitur semper proprii sermonis amator,*  
 » *Et conare nouas non intermittere voces,*  
 » *Ni ratio & rerum nouitas id postulet, ut sic*  
*Dissimules studium, & tantum dixisse puteris,*  
*Quæ res ipsa petit pro causa & pondere causa,*  
*Esseque sollicitum de rebus sentiat ipse*  
*Auditor, ac pro vero certare paratum,*  
*Non pro dicendi fucis contendere inani.*

Curandum esse va-  
 audtores maius  
 circa res, quàm cir-  
 ea verba studium  
 agnoscant.

*Idem unusque labor disquirere consona rebus*  
*Nomina cum verbis, atque hæc connectere pure,*  
*Structuramque aptam vocum & persæpe receptam*  
*Vsibus autorum aut populi in sermone referre.*

Hactenus de ver-  
 borum electione,  
 nunc vero de ipse-  
 rum structura.

*Nam mens occulto connectit singula motu,*  
*Connectitque alias res rebus, tempora, partes,*  
*Atque modos varios, & cætera prospicit intus,*  
*Coniungitque agitans, nec solum quæque docenda,*  
*Quæque putat discenda, sed & quosunque dolores*  
*Sentiat, & curas, & quæ speratque, timetque,*  
*Affectumque omnem mens concipit, inde proferrit*

Animus suos intus  
 format conceptus  
 quos oratione ex-  
 plicat, nunc indi-  
 cando, nunc vero  
 optando, imperando  
 & alijs modis.

*Percupit, atque parat cognata vocabula rebus  
Conceptis, & quam seriem nexumve tenere  
Res videt, hac serie & nexu coniungere voces  
Curat, ut aequales motus similesque figuras  
Alterius menti insinuet, referatque loquendo.*

*Ergo opus est proprius verborum constet utriq;  
Vfus, & ex aquo referatur mentibus una,*

*Quae res, quae rerum species ostendat, imago:  
Hanc sibi Grammatici partem sumpsere probadam,*

*Syntaxim Graeco dicentes nomine, per quam  
Optima verborum series ordoque paratur;*

*Namque solæcismos cunctos docet illa cauere:*

*Nec solum plano ac proprio sermone proferri  
Sit satis, interdum admittit vel schemata, vel quas*

*Ordinis appellant illi vocumque figuras,  
Quales syllepsis varias, vel Zeugmata, dicunt,*

*Atque alias quibus utuntur per sepe poeta,  
Quaeq; decent arcto constrictum compede versum:*

*Et nostros, si rara tamen productaque docto  
Iudicio, auctorumque usu; nam copia fandi  
Liberior quanto fuerit, minus atque seueris  
Legibus addicta, hoc simplex magis, atque modesta,  
Atque minus petulans dicendo debuit esse.*

*Quodque datur venia, ne stulta licentia fiat,  
Et decus in vitium vertatur turpe, cauendum est.*

*Sunt etiam quaedam linguae ornamenta, sonoras  
Reddere quae possunt voces, blandeque fluentes,  
Quae facile obseruare potest, praestareque quisquis  
Non nimis obtusa voces praesentiat aure;  
Nec labor hac magnus curare est, magna tamen laus  
Id curare fuit, quoniam fastidia multa  
Ille cauet, quicumque sonum vocumque nitorem  
Prospect, & curat, ne se collidere voces*

Constructio verbo-  
rum vitata esse de-  
bet & communis  
loquenti & audito-  
ribus.

Grammatici de Syu-  
taxi agunt, quae du-  
plicem sermonis ra-  
tionem considerat,  
videlicet simplicem  
& figuratam.  
Sunt enim diuisionis  
figurae suoloco po-  
sita ornamenta non  
vulgaria oraticuis.

Diuisionis figurae poe-  
tae maxime permit-  
tuntur, oratoribus  
rarissime esse de-  
bent.

Aliae observationes  
in sermone non pro-  
mittuntur, ut sunt  
Caophonix, colli-  
sionum & sibilorum  
vitiatio.

*Asperiore modo iuncta, ne offendere linguam,  
Dicentis possint, aurēsq̄e ingratus vsque  
Tentare, ut quando se consona litera duro  
Multiplicat nexu, neque fit sociabilis ipso  
Concursu; exemplis hoc fiet clarius ipsis:*

- » *Si dicam, præsens venias, præstēsque petenti*  
 » *Auxilium magnum, magnisque & viribus adsis.*  
*Neue etiam crebris frangatur hiatibus ulla  
Formula dicendi, multis vocalibus ora  
Multiplici rictu diducat, & hiscere cogat:*
- » *Omni ego te officio atque omni tu amplectere amore,*  
 » *Me ut reames simili affectu, ingenue atq̄ rependas.*  
*Et crebro repetita tibi sit litera nulla, ut*

- » *Tanta tenet totum tristem turbatio mundum.*  
*Nulla eadem tibi vox fuerit repetenda frequenter,*  
*Affidue obtundens miseras cum mentibus aures:*

Eiusdem vocis ta-  
grata repetitio.

- » *Quod ratione nequit rationi ostendier, illa*  
 » *Nec ratio dicenda quidem, aut ratione probanda.*

*Illud in his etiam vitijs vitare memento,  
Ne simili casu voces leuitate laborent,  
Dum nimium affectas sonitu componere eodem  
Verborum fines: periit nam pondus & omnis  
Dicendi grauitas, ubi quicquam crebrius equo  
Ingeris; at varijs hominum natura animusq̄  
Gaudet, & ex omni variatum parte probamus:*

Homioptoton, cum  
suo in loco decet,  
maximū tamen vi-  
tium est, si sit fre-  
quens.

- » *Namque leue est nimium, nimium repetisse colentes,*

- » *Gaudentes, flentes, amentes, forte & amantes;*  
*Præterea concisa nimis si oratio constat  
Partibus exiguis membrorum & mole minori,  
Lassat dicentem crebro conamine, lassat  
Hunc quicumque audit, nec molli tendere gressis  
Permittit, trepido rapiens per singula saltu.  
Hoc Seneca vitium magna præconia laudis*

Varietatem vt in o-  
mnibus rebus, ita  
in dicendo iucun-  
dam esse.

Periodi in oratione  
suum modum habere  
debent, ne nimis  
sint longi, aut con-  
cili nimis.

Anneus Seneca  
suuimus alioqui

vir dum philosophicas disputationes tractat, crebris & concisissimis periodis laborat.

In dicendo semper à leuioribus ad grauiora procedendū, ad naturę imitationem.

Exemplum huiusmodi processus.

Pulchrè admonet vitia parua interdum in oratione deesse naturę exemplum.

Vitium igitur in oratione exiguum & decet & ad fidem faciendam confert, cum non tantum atris suspicio auditoribus detur.

*Imminuit, dum crebra nimis sententia curto  
Vix bene clausa gyro verborum concitat, atque  
Angit anhelantem lectorem saepe, rapitque  
Præcipitem, & spatij semper maioris auentem.*

*Quod superest, quacunque tibi sententia mentis  
Insideat, vocum dicenda est ordine qualem  
Natura insinuat; namque illa minoribus vsque  
Principiis veniens paulatim surgit, & amplas  
Inducens partes tandem rem perficit omnem.  
Sic leuiora tibi ponenda vocabula primum,  
Auge etiam maiore sono molimina vocum  
Maiores, atque animos crescens percellere tenta,  
Vt si quem grauius velis exagitare querelis,  
Moribus impuris dicas, & turpibus ausis  
Infamem, scelerisq; omnis fraudisq; nephanda  
Exemplum non auditum, saeuumque tyrannum,  
Inuisumque Deis monstrum, mortalibus atra  
Atque inimica lues, cuique infamia nostri.  
Interdum tamen & vitium splendere decoro  
Assolet ostentu, quoties in corpore toto,  
Una subest facies pulchri, speciesq; nitorque.*

Optat amans variare nimis natura, nec uno

Semper in aspectu contenta est. aspice pulchros

*In pratis flores, cum terras purpureum ver  
Adueniens cœpit vario vestire colore,  
Vt deceat multis distincta in partibus: at si  
Cuncta papaueribus rubeant, vel cuncta ligustris  
Albescant, ingrata oculis fastidia præbent.*

*Virginis & pulchram faciem vultumq; decorum  
Sæpe decet nauus: sed & vt sit, fingitur arte.  
Sic etiam facie in pulchra sermonis, & omni  
Corpore dicendi vitium irrepsisse probatur  
In verbis aut verborum compagibus, idque*

*Dissimulare loco fuerit non ultima virtus:  
Fallitur auditor, dum quam sibi tendier artem  
Pertimet, ingenio & cautus sibi prospicit, illam  
Neglectam vitio depresso iudicat, & se  
Suspensione mala securus liberat, atque  
Te rebus putat addictum, causeque studentem  
Neglexisse modum vocum, sermonis & artem.*

*Una mihi iam dicta satis pars creditur eius,  
Eloquium quod sermo vocat Romanus, Athenis  
Dicta phrasis, cui tota subest iam gratia fandi,  
Qua puri sermonis habet precepta, sonumque.  
Altera virtutis tanta dicenda paratur  
Pars, patribus quondam dicta Exornatio nostris,  
Qua rerum splendore solet vocumque nitore  
Lumina dicendis apponere magna, animosque  
Pertentat, non exiguis & viribus ipsos  
Expugnat, mirisque modis angitque, rapitque,  
Dum vario voces agit at voluitque rotatu,  
Verborumque vices & vultus commouet omnes,  
Atque etiam dum res variis percellit, agitque,  
Atque probat reprobataque modis, nec semper eodem  
Proponit sensu, nec forma perstat in una.  
Hoc studium fuerit duplex, namque altera cura  
Verborum vocumque usus cognoscere, & artem,  
Non quam Grammaticus possit prestare, loquendi  
Scilicet & recte formas, atque ordinis usum,  
Cuius & in nostris transacta est mentio chartis.  
Sed quedam precepta tibi proponimus, ad que  
Grammatici non assuerunt, ea munera nostre  
Sunt artis tantum, nam captans commoda vocum,  
Arbitrio voluit proprio, componit agitque,  
Separat & multis contemperat omnia formis.  
Altera non voces tractat, vocumve figuras*

Elocutionis altera  
pars est exornatio,  
ea constat figuris or-  
ationis & senten-  
tiarum.

Has verborum &  
sermonis figuras non  
esse easdem, que à  
Grammaticis tradun-  
tur, sed que à Rhe-  
toricis proprie con-  
siderantur.

Altera exornatio-  
nis pars in senten-  
tiarum figuris fig-  
est, de qua suo loco.

- » Sollicitat, sed res ipsas & pondera cuncta  
 » Concipit & varijs effert, monstratque figuris.  
 Ergo verborum est vna exornatio, rerum  
 Altera, multiplici consistit & utraque parte:  
 Quas tibi prescribam, quarumque exempla docebo,  
 Carmine quo potero, quod mens amplexa tenere  
 Et valeat paucis ediscere versibus, & si  
 Non dulci prescripta tibi sint carmine cuncta.

Repetitio.

Prima mihi occurrit species, optatque canendo  
 Exponi imprimis, nam sedes occupat illa  
 Et loca prima petit, repetit quoque prima loquendi  
 Principia, unde habuit nomen Repetitio, Græcis  
 Antaphora est, partem repetens dicendo priorem: ut,  
 Alcides Nemees vicit strauitque leonem;  
 Alcides Hydram ingenio confecit, & arte:  
 Alcides seuos Caci restrinxit & ignes;  
 Alcides arcu Stymphalida monstra peremit;  
 Alcides casus ac mille pericula vicit.

Anadiplosis.

Sæpius extremum repetit Conuersio verbum,  
 Hanc Anadiplosin Græci dixere disertis: ut,  
 Hannibal Italiam vicit, armisque, dolisque  
 Vicit, & ingenio constanti pectore vicit.

Complexio duplex  
verbum utrinque  
habet.

Complexa est duplex verbum Complexio, utrinque  
 Principium & sinem dicti conterminat, est q̄z  
 Illa loco facies dicendæ pulchra decensque. ut,  
 Vnde doli fraudesq̄z male sunt? propter amorem.  
 Vnde perit pietas & virtus? propter amorem.

Duplicatio.

Sæpius at species, que verbum duplicat idem,  
 Ut deceat tamen, & crescat sententia, nomen  
 Conueniens merito huic parti dat duplico verbum.  
 Ut, Verres quidnam esse potest? quidnam nisi Verres?  
 Me, me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum.  
 Vivere incundum est, sed dum sit viuere honestum.

Nam

*Nam minus id si sit, non est mihi viuere tanti,  
Hac repetita tibi ratio Traductio dicta est;  
Iudicio tamen ut deceat tractata probatur.*

Traductio.

*Articulus multis succrescens vocibus, & quas  
Nulla tamen necitat coniungens copula partes:  
Ut, Veni, vidi, vici: sermone, sonoque,  
Vocibus, ardenti vultu, conterrui hostem.*

Articulus.

*Quae simili casu referuntur plura, loquenti  
Illa cadunt, similique modo, noménque receperant.*

Homioptoton  
similiter cadens.

*Commendas hominem tantum mihi laudis egentem,  
Quantum ego cognoui scelerata hunc fraudis habentem.*

*Huic similis ferme est species, quando omnia fines  
Membra tenent similes, & pars sibi consonat omnis,  
Vicinum referens sonitum similemque tenorem.*

Homeoteleuton  
similiter desinens.

*Inuidiosa mihi sunt, quae tu cuncta parasti,*

Exemplum.

*Quae studiosa tibi, & quae tu tibi pulchra putasti;  
Parcius hac tamen utendum (mihi credito;) forma*

*Eleuat assidue repetita hac saepe loquentis  
Momenta & pondus, doctis neque conuenit usque*

Modeste his figuris  
utendum esse, quae si  
crebrae sint, oratio-  
nem minus grauem  
reddunt.

*Auribus, hanc nostro repetentes saepius aeo  
Auctores grauitate carent, ut epistola multa  
Mondonide ostendit tibi praesulis, Aureliusque.*

*Membra vocant, quaecumque, breui sunt integra sensu,  
Exiguo & gyro clauduntur & excipiunt se,*

Membru, cuius par-  
tes non plures quam  
tres.

*Respondentque sibi, ut nec tu tibi consulis unquam,  
Et facis ut noster recte sibi consulat hostis*

Exemplum.

*Et patriae officium non praestas. His tribus usque  
Hac constare potest membris, nec plura petenda.*

*Compar adest totidem numeris ornata figura,  
Quae sibi consimili iungit res pondere vocum: ut,*

Compar.

*Belli parant alij, tristes agitantque tumultus,  
Festa colunt alij, mensasque epulasque frequentant.*

Exemplum.

*Paronomon dictum vicino ex nomine ludez,*

Anominatio.

Conciliat

Exemplum.

Conciliat dictis venerem, cum sorte locoque  
Accidit, ut quidam Neronem saepe Meronem

Datus Terentianus

Dixerat: amentes compellat Dauus amantes.

Onomatopœia figura.

Est etiam quadam fingendi nomina virtus,  
Qua voces petit à rebus, sentire putabis

Exemplum.

Res ipsas, non verba modo demissa per aures:  
Hinnit equus, rapidique ruunt de montibus amnes,  
Rara quidem nos hæc: sed Græca licentia fingit  
Vberiore modo; cunctis pars nota poetis.

Antonomasia figura.

Antonomos propria nil dicens voce, trahensq;

Exemplum.

Exterius nomen; nam si quis dicere Homerum  
Tendit, Mæonidem dicit, dicit ve poetam.

Socratis Antonomasia

Et sapiens dulciq; senex vicinus Hymetto.

Cognatorum figura.

Cognatis aliud partes denominat omnes  
Vocibus, à propriis tantum abstinet, haud tam est res

Exemplum.

Clara minus, Bacchum cum sentis dicere vinum;  
Atque fruges Cererem, iure hoc agnosce petitum.

Abusus figura.

His similis mihi se demonstrat abusio, cuius  
Arbitrio impropriis est quisquam vocibus usus;

Exemplum.

Et cognata petit iam certis legitimisque  
Depositis. Numerum dicens pro pondere, pondus  
Pro numero, breuibusq; solet confundere parua.

Ellipsis verborum.

Sæpe etiam dum festinant, seseque vicissim  
Impediunt, properantque nimis prodire, labrant  
Verba, neque integro prorumpunt omnia sensu:  
Vnde fit ut desit verbum, cuius tamen ipsa  
Postulet officium constans oratio, siue id  
Precipiti affectu dicentibus impediatur,  
Dum seruet trepidatq; nimis mens, linguaq; non quit  
Excipere hæc tam multa simul simulacra loquendo,  
Quæ cupiens efferre animus, multumq; morari  
Impatiens, efferre tamen conatur, at ipso  
Impete præcipiunt egressus ultima verba,

Prima-



Primaque deficiunt, unde hac defectio dicta est:

- » Cum magis affectu atque tono vocisq<sub>3</sub> tenore  
 » Quam verbis quisquam sese exprimit, aut properando  
 » Dimittit reticetq<sub>3</sub> aliquid, cuius mihi sensus  
 Difficilis nimium non sit: reticentia verbi  
 Dicta olim, pars hac multum cognata priori,  
 Tene ego, te nate o, prima miserande iuuenta,  
 Tene ego, qui primus Stygios inuisere lucos  
 Debueram, lethiq<sub>3</sub> graues habitare tenebras?  
 Hoc prima exemplum formae. Ast hoc alterius sit,  
 Per superum sedes iuro, per fulmina magni  
 Patris, & astra simul radiantia nocte serena,  
 Si non fraude mihi raptos fur pessime tauros;  
 Sed quid opus iurare? dabis dabis improbe poenas.

Apostopeli, ve rbi  
reticentia.

Exempla defectio-  
nis & reticentiz.

Ad fabulam Apollu-  
nis & Mercurij allu-  
dit.

De Metaphora figu-  
ra, quam permuta-  
tionem appellat.

- Ultima que in verbis nobis ponenda figura est,  
 Multum habet & veneris, cum certa inducitur arte;  
 Estq<sub>3</sub> frequens vulgi sermonibus, inde tamen non  
 Sit repetenda tibi, temere at tu prouidus illam

- » Iudicio admittas docto, nam saepe figura  
 » Displicet, ingratumq<sub>3</sub> facit quod diximus, ut si  
 » Assidua, aut nimis obscura, aut deducta remotis

De figurarum vsu,  
iudicium & præce-  
ptum optimum.

Arebus, nostroque nimis distantibus vsu.  
 Nomen & huic dictum sit permutatio parti,  
 Scilicet à propriis quando quis vocibus audet  
 Diuertisse, petens similes res, verbaque promit  
 A simili rerum facie & virtutibus iisdem,  
 Seu vitiis, augétque modum minuitve loquendo,  
 A viuus ad viuam trahens, ad viuamque rursus  
 Non animata ferens, omniq<sub>3</sub> carentia sensu;  
 Rursus ad hac queis vita deest, viuentia flectit:  
 Et genere in simili componit inania vite:  
 Ut durum si quis socium silicemq<sub>3</sub> vocarit  
 Vel robur, rigidoque ferat præcordia ferro,

De rebus vnde Me-  
taphora manifestatur.

Exempla Metaphoræ.

Metaphora non solum in nominibus, sed in verbis spectatur.

*Moribus aut scuis quemquam Lycaona dicat,  
Sive lupum fraudesque petat cognomine vulpis,  
Seu fluere hunc animo dicat, quicumque timore  
Concutitur, namque hac non solum nomine ducta est  
Forma, sed in verbis etiam sua iura frequentat.  
Nec solum à simili specie dicendo ciemus  
Nomina, sed quandoque etiam vel non sine magno  
Ornati petimus contraria nomina rebus,  
Ac velut irrisu atque ioco persapè vocamus  
Urbanum scurram: parcum quoque dicimus illum,  
Qui sua turbarit turpi patrimonia luxu,  
Multaque quæ longum foret enumerare canendo,  
Quaque libris varijs poteris sermonèque vulgi  
Excipere, atque alta doctus componere mente.*

Dicit Metaphoram diuidi in eam, quæ proprie sic appellatur, quando translatio in vno vel paucis verbis fit. & in Allegoriâ, quæ perpetua Metaphora est.

*Quippe etenim ratio vna patet dicentibus, vsque  
Et superat cunctas numeroque vsuque frequenti,  
Quascunque in sermone vides superesse figuras:  
Vt tamen admonitus distinguas singula, desque  
Partibus ipsa suis proprias cum nomine formas,  
Te breuibus partem duplicemque vsimque docebo:  
Nam si aliena tibi sunt pauca vocabula rebus  
Traducta ex alijs, proprijsque adiuncta loquendo,  
Nec latet ex omni res, & sententia parte:  
Sed quaedam simulacra sui partesque videre  
Permittat, simplex hæc fit Translatio, nota  
Omnibus, vt florens atate, & feruidus ira.  
Hæc eadem si perpetuo ipsa tenore latebit,  
Undique collatis alienis vocibus, vt non  
Sit satis accipere hæc, quæ sunt tibi cumque probata,  
Vt certus pateat sensus: sed imagine in illa  
Discutienda tibi sint omnia nomina, vt altè  
Explicita & veros ostendant singula sensus,  
Et finem, quem dicendo respexerat auctor.*

Exemplum translationis propriæ sic dicitur.

*Hæc*

Allegoriam Latine  
inuerfionem vocat.

Exemplum Allego-  
riz.

Allegorie vtriusque  
quens in sacris li-  
bris.

Confilium circa al-  
legoriarum inter-  
pretationem, quoniam  
fere libris leguan-  
tur.

Commenlat facta-  
rum fcripturarum  
ftudium.  
Eftala. i.

De figuris & exor-  
nationibus fenten-  
tiarum.

*Hæc tibi dicenda eft Inuerfio, fcilicet in qua  
Verba aliud monftrant, aliud fententia dicit.  
Claudite iam riuos pueri, fat prata biberunt.  
Multaque qua noſtris fic ſunt cantata poëtis:  
Nulla voluminibus ſacris repetita figura  
Eſt magis, ut vatum libri teſtantur, & illa  
Carmina Ieſſide pleëtro modulata poëta,  
Diuinis quando flammis agitantur, & alta  
Concipiunt animo myſteria, ſurgere cernis  
Verba per æthereas auras, & crefcere in alta  
Sydera, principijque ſui momenta referre  
Protinus; humanumque omnem peruincere captum.  
Hæc tibi adoranda imprimis proponimus atque  
Non temerè tentanda, priuſquam numina ſupplex  
Exores, mentemque petas tam grandibus aptam  
Reſponſis, ſimul aſſiduum ſtudiumque laboremque  
Impendas, tecum meditare atque omnia patrum,  
Qui doctrina olim celebres pietate probati,  
Sedulæ euoluas commenta. ô magna beatæ  
Et ſuperos meditata choros productio vitæ,  
Noctæ dięque ſacras attentè euoluere chartas,  
Auribus atque Deum humanis audire loquentem;  
Conſilijs ſuperumque admitti, certaque tandem  
Sanctaque doctrinæ vera præcepta tenere:  
Vnde animo lucem admoueas, qua tendere grefſus  
Et vitæ peragrarè vias, poſſiſque labores  
Vincere, difficiles caſus, atque ardua cuncta,  
In ſuperas donec ſedes patriamque piorum  
Contingat tolli, æternamque habitare quietem.*

*Hætenus, in verbis qua ſunt tibi cumque figuræ,  
Muſa dedit, tentatque alijs euoluere formas,  
Ornatuſque alios, quibus aut ſententia ſurgit,  
Aut meliore modo procedit, & vndique vires*

Aut

*Aut decus & pondus sibi conciliare laborat;  
Mille modis varians artem, & fastidia pellens,  
Et tentans animos omni peruincere mole.*

Interrogatio figura  
non ad discendum,  
sed ad vincendum.

*In quibus ecce rogat primum se Pysma referri,  
Questio nomen habet, Musis bene nota Latinis  
Forma rogans semper, non ut quid discere tentet,  
Non etenim didicisse parat, sed querere ab hoste  
Quo magis impellat querendo, aut iudicis iram  
Excitet, astantes rapiatque trahatque rogando.*

Exemplum interrogati-  
onis.

*An semper fortuna tibi parere Tyranne  
Debuerit? quando finem quas ipse parasti  
Fraudibus atque dolis impones, vimq; remittes?*

Subiectio figura qua  
Antipophora Græci  
vocant, Poeta Prae-  
mentionem appellat

*Mox huic respondens sequitur Subiectio, cuius  
Officium est quod tute petas, vel postulet hostis,  
Respondere tibi, atque alios prauertere dictis:*

Exemplum Antipo-  
phoræ.

*Prauentum poteris simul hanc dixisse figuram.  
Is ne tibi sapiens, quem si sapientia cultu  
Ornaret proprio, numquam tot adire labores,  
Diuitias & opes propter vulgique fauorem  
Tentaret, potius peteret secreta, camænis  
Addictus; misero praesertim tempore, quando  
Et virtutis honos iacet, & sua premia laudi  
Deficiunt, tantumq; valet violentia fraudq;.*

Exclamatio figura.

*Affectu commota venit, seseq; canendam  
Obiicit indigno mœsta Exclamatio vultu;  
Ora ferens ira candentia, plena doloris,  
Compellans fremituq; ciens hominesq; Deosq;  
Tempora, vel mores, ciues, urbemve locumve  
Resve alias, quibus ostendit se offendier, aut quas  
Consulit, atque citat testes, vel postulat horum  
Auxilium, tentatque suos lenire dolores.*

Exclamationis ex-  
emplum in Lutheri

*O superi, quorum numen terraque marisque  
Inferniq; tremunt reges, auertite quæso*

*Tantum*

Tantum immane nefas, nostris auertite regnis:  
 Sit satis heu miseros tantis erroribus actos  
 Germanos, dum Martini precepta sequuntur,  
 Deservisse viam virtutis, certaque iuste  
 Premia militia, aeternas perdisse coronas.  
 O superi renocate precor, miserósque docete  
 Certum iter, & longè meliorem reddite mentem.

Huic generi affinis fuit *Acclamatio*, cuius  
 Officium est, dum res perpendit, iudicioque  
 Enumerat, rerum causas, momentaque cuncta  
 Colligere in pondus certum & molimina certa,  
 Inde monere alios, & pondera cuncta docere.  
 Ut superas sedes liquisse, atque aetheris alti  
 Regna beata nimis nullisque obnoxia curis,  
 Et terras mortali olim coluisse figura;  
 Et celasse Deum vilis sub imagine serui  
 Non satis hoc tibi Nazaride! & tot adisse labores,  
 Totque homines sanasse egros, & faucibus Orci  
 Tot rapuisse viros, placida quoque premia vitæ  
 Insigni pietate illis tam multa dedisse,  
 Dumque doces precepta homines diuina, quis unquã  
 Pondere curarum atque operã maiore docendo  
 Perfunctus, vigil & satagens nocturne diuque;  
 Non satis hoc, sed deformem post omnia mortem  
 Infamesque cruces, culparum opprobria cuncta  
 Non dubitas perferre, nec obscurũ subijisse sepulchrũ,  
 Atque Erebi pallentem umbrã, noctemq; profundã  
 Visere & infernas stygia peragrare tenebras,  
 Tantus amor nostri, scelerisque piamina tanta.

His etiam est coniuncta mihi *Insultatio*, amaro  
 Viscera concutiens risu, quaq; exprobrat hosti  
 Vota, aut fortunam, quæ & res metitur ab ipso  
 Euentu, non admittens causamve animũve;

Acclamatio, quæ cõ  
 sideratam rem vel  
 causam sequitur.

Acclamationis ex-  
 emplum de Christiã  
 pietate.

Sarcasmos figura,  
 quam insultationẽ  
 vocat.

Insultationis exem-  
pla.

*Stultitiam irridens votorum, sapius autem  
Insultans miseris, quorum tristissima fata.  
I modo & Oceani fluctus & tristia monstra  
Neptunum patere iratum, & discrimina vita  
Vltima pertuleris, mundum peragrando remotum,  
Et regna à nostro nimium distantia cælo;  
Ut tumidus rediens auro per crimina parto  
In tumidis animam demittas naufragus undis.  
En agros, & quam bello Troiane petisti,  
Hesperiam metire : canit sacra Musa Maronis.*

Dubitatio, qua si-  
mulamus ambigere  
quid potissimum di-  
camus.

*Ambigit Orator nonnunquam, quid petat omni  
Ex numero rerum aut vocum, quacunque sibi sunt  
Obuia, pro causæ ratione & pondere quamuis  
Multa quidem, tamen ignorat quid nã eligat, & sic  
Augeat idem, causæq; modos exaggerat altè.  
Nomen & huic fuerit proprium Dubitatio formæ.*

Exemplum Dubita-  
tionis.  
Inuehitur in Luthè-  
rum.

*Qui populos turbat dictis, qui religionem  
Peruertit, superosque suis in sedibus audet  
Sollicitare, nouas facièsque inducere mundo  
Nititur, inq; homines discordia semina miscet,  
Sacrilegus ne mihi dicetur? an impius? an ne  
Filius Eumenidum? quo tandem nomine possim  
Compellare, mihi incertum. nam cuncta minora  
Sunt scelere & furys hominis, quæ nomina cunq;que  
Nota mihi extremas etiam signantia pestes.*

Communicatio, si-  
ue Participatio.

*Sapius Orator causam communicat hosti,  
Iudicibusve suis, & cunctos consulit, illis  
Proponit causam, & quidnam sibi quisque pararet,  
In simili casu positus si fortè fuisset,  
Querit; & hoc pacto proprias defendere partes  
Nititur, à simili trahit argumenta periculo;  
Nam tibi quod cupias ignoscas, si cupit alter.  
Ut tibi si insidias fieri fortè videres,*

Communicationis  
exemplum.

Inten-

*Intendique necem, quam nullo euadere cursu,  
Nec ratione alia posses, quam vulnere, nec tunc  
Arma tibi nihil expectanti cetera adessent,  
An dubitas torquere tamen quaeque obuia saxa? &  
Quem non sustineas inimicum comminus impar,  
Eminus euites, vetat hoc natura negari.*

*Dicenda est nostris hæc Participatio Musis.*

*Multa etiam solet Orator permittere sapè  
Iudicibus, siue aduersis censenda, ubi causa  
Fidit, & ostendit tantum, nec disputat ipsis  
Libera permittens suffragia scilicet, & se  
Dissimulans nil velle illis censere, nec ulla  
Pondera perspicere, aut neque verbis plura morari:*

*Hæc & ab antiquis Permissio dicta figura est.*

*Ut, quantum foret ò satius, cum serpere cœpit  
Hæc inimica lues, populos quæ perdidit omnes  
Theutonicos, tantis obsisteret ante malis, qui*

*Missus ad hoc fuerat feruentem ut sisteret ignem!*

*Dicite vos pia turba patres, perpendite quantum,*

*Tunc melius foret, hanc penitus restinguere flammã,*

*Unde ortum tanta cœpère incendia, vos iam*

*Dicite, non etenim his sum dicere plura paratus.*

*¶ Jam sese audaci producta Licentia fronte*

*Flagitat à nobis dici, nec plura morari*

*Sustinet: expediam quare hanc, nam libera cum sit,*

*Parendum quidquid cupiat, vel multa ferenda*

*Infreni quæcunque velit producere lingua.*

*Hæc igitur persapè sibi complura licere*

*Liberius dixisse petit, quàm tempora vel res*

*Vel persona ferat prasens, cum qua sibi sermo est:*

*Acribus interdum verbis hæc vititur, atque*

*Nil verita exponit, quidquid conceperit in se,*

*Mox ubi contactos animos prasentit amaro*

Permissio figura

Permissiois exem-  
plum aduersus Lu-  
therum.

Thomas de Vio Car-  
dinalis missus est ut  
Lutherum reprime-  
ret.

Licentia figura, cõ  
libertate in dicē-  
do sequimur nullo  
personarũ respectu

*Verborum ductu, rursus lenire laborat*

*Atque ita rem tractat, non ut reuerentia causam  
Perdat, & imminuat praestantia pondera rerum:  
Lenit & haec rursus, libertatemque loquendi  
Temperat, inuidiam causae quo auertat, & iras  
Iudicis inflectat conceptas, commoda tandem  
Procurat causae; dum miscet libera blandis.*

Exemplū licentiae.

*Ut te (fabor enim) iudex vitare parabam,  
Cū tibi tam mites animos superesse putarem,  
Huius ut inuidiam contemnere posse tyranni  
Non posses, facinusque hominis compescere vero  
Iudicio; ast postquam, qua sis probitate, rogarim,  
Qua mente instructus, quantum ratione valeres,  
Et miseris quantum auxilium per sepe tulisses,  
Et didici tam multa tuae praeconia laudis,  
Iustitiae quā sancta tibi sint munera, quāq;  
Intrepidus sceleri obsistas, felicia dixi  
Secula, meque etiam, fateor, dixisse beatum,  
Cui tali censore agere, & cui contigit isto  
Iudicio, in quemcunque velim, quaecunque profari.*

Apostrophe figura  
cum absentibus col-  
loquitur tanquam  
praesentibus.

*Gratia nec minor est illi concessa figura,  
Cū quis sermonem auertit, seriemque loquendi;  
Absentēque petit verbis, atque aduocat, ut sic  
Opprimat aduersos, affectusque excitet altos  
Iudicibus, causaq; paret pondusque fidemque.  
Ut priscos vates olim, patresque, ducēque,*

Exemplū Apostro-  
phes.

In Lutherum ad-  
uocatione Chri-  
sti & Sanctorum o-  
mnium redarguit  
Lutheri mendacium,  
de fide sine operi-  
bus.

*Et sacris quaecunque leguntur nomina libris,  
Discipulosque nouae legis, teq; optime Christe  
Bacchantis. Martini infandos aduoco in ausus:  
Vos benefacta simul docuistis iuncta, fidemque,  
Et penitus partem dictis sociastis utramque:  
Nec nisi promissis diuinis crediderit quis,  
Et dictis quaecunque liber proponit uterque,*

Uterque liber vete-  
ris & noui Testa-  
menti.

*Efficiat.*



Efficiat quecunque volet, quemcunque laborem  
 Expleat; at pereunt, quæ non coniunctæ fide sunt:  
 Mox credat; valeâtque fide & transmittere montes,  
 Et lunam claro possit deducere calo,  
 Sed sterilis, nullisque decens virtutibus, omni  
 Cassus ope ornatûque operum, damnatus abibit  
 Iudicio superûm æternas habitare tenebras:  
 Et tamen ausus eras Martine insane docendo  
 Ignavos fecisse homines, dum præmia nulla  
 Esse doces rectè factis: quid defuit ergo,  
 Ut Superos humana etiam curare negares?  
 Hæc igitur dicenda tibi est Aversio forma;  
 Quæ subito mutat personam sæpè loquendo.

Rarius aut genus est illud, quo sæpè negamus  
 Dicere nos quicquam, quod non tamen usq; tacemus,  
 Nouimus ut quando, quæ non coniungere cause  
 Possumus instanti, tamen & memorata parabunt  
 Inuidiam aut laudes, & non aliena ferentur  
 Proposito nobis fini, tunc fingimus illa  
 Negligere, at manifesta tamen fecisse probamur.

Occupatio figura.

Quidnam commemorem luxus? quid prædia: cœnas?  
 Tanta voluptatum commenta? & munera tanta  
 Luxuriæ, quibus à puero corruptus agebas  
 Infamem vitam, quam moribus usque malignis  
 Ad summam mortis tandem perduxeris horam?  
 Turpe tuum volumus fatum Martine tacere,  
 Ut nimio oppressum vino meritoria vidit,  
 Quod sanus conuiuia bibis, caupona iacentem:  
 Scilicet hic hominis fuerat sanctique piique  
 Exitus, ut superas ascenderet ebrius oras.

Occupationis exē-  
 plum in Lutheri in-  
 temperantiam.

Occupat hæc verbum id, quod prætermittere fingit,  
 Quare & deductum sortitur ab Occupo nomen.

Martinus Lutherus  
 in meritoria taber-  
 na nimia ebrietate  
 strangulatus est.  
 Author Cocleus.

Sunt aliæ species variandis vocibus aptæ.

De figuris, quas  
 quantitatis appel-  
 lare possis.

*Quæ veneres addunt sermonibus, & quibus ipsa  
Amplior efficitur sententia, siue velis rem  
Augeri aut minui, seu pondera quaque parare;  
Aut etenim extenuat rerum momenta seuera,  
Aut rursus leuiora parant augere loquendo.*

Congeries figura.

*¶ Prima mihi occurrit multis circumdata verbis  
Congeries, & se poscit describier ante,  
Cuius & officium fuerit, quæ dicta fuerunt,  
Protinus admotis altè producere verbis:*

*Quæ si non eadem tamen æquiualentia sunt:*

Exemplum Congeries in eundem Iu-  
therum.

*Ut populi pacem tu euertere funditus audes,  
Túque hominum pergis penitus turbare quietem,  
Túque moues fluctus sæuos, turbámque procellis  
Obruis, heu miserámque agitas & perdere pergis.  
Nec tamen assiduis verbis oneranda figura hæc;  
Bis cummulata inuat, nec ter repetita nocebit.*

Congeries nõ mul-  
ta admittit mēbra.

Descriptio rerum,  
figura.

*Luce nitens multa sequitur Descriptio. seq<sub>3</sub>  
Postulat imprimis efferrí, multa datura  
Lumina dicendis rebus, nam nulla figura est  
Utilior veram naturam exponere rerum,  
Actáque & euentus propriásque ostendere partes;  
Estq<sub>3</sub> breuis, breuitate tamen quæ commoda multa  
Afferat, & dictis quæ pondera certa probandis.*

Exemplum descri-  
ptionis siue hypo-  
zyposis, in Lutherú.

*Non te religio, rerum sed cura nouarum  
Compulit in populis tantos agitare tumultus,  
Exitium ó nostri Martine & dedecus aui:  
Principibus cessisse sacris, seseq<sub>3</sub> modestum  
Præbere, atque alios eadem præcepta docere,  
Religio est. At non populi sibi querere plausus,  
Et rerum turbare modos, maioribus ullis  
Non ullam præstare fidem, miscere prophanis  
Sacra, nec omnino cognoscere fásque nefásque.  
Ambitionis erat modus hic, non religionis.*

*Ille etiam non grata minus persape figura est,  
 Quae parat ante oculos rem, quae sit gesta referre,  
 Ut te audire neget, sed demonstrata videre:  
 Tantum habet ars vitae & motus, ut pingere verbis  
 Usque adeo valeat res omnes, atque docere  
 Certius ut nullo possis spectare theatro:  
 Dumque agitur res ipsa quidem, si testis adesses,  
 Certius aut melius rem non didicisse valeres.  
 Haec à nonnullis pars Demonstratio dicta est,  
 Vel quia rem visu spectandam subiicit, est qui  
 Indidit arte sua ex priscis Subiectio nomen.*

Demonstratio figura siue Subiectio.

*Iam tuba committit trepidas in praelia turmas,  
 Tela volant, ensesq; feri stringuntur, & ingens  
 Fit clamor, tristes iactant ad sidera voces;  
 Pars cadit hic, alij succedunt, perdidit ille  
 Cruva manusque, alius pedibus protritit equorum  
 Corruit hic, animamq; vomit cū sanguine, & huius  
 Occupat hasta fugam, tenet & tellure refixum,  
 Undique spirantum gemitus animasque trahentium  
 Auditur, feruent saevo loca singula Marte.*

Exemplum Demonstrationis.

*Gratia nec minor est cum quae conclusa latenti  
 Cortice verborum superantia sensa relinquit,  
 Suspicionem mihi magis quam sermone probanda;  
 Significatur enim res verbis, non tamen omni  
 Exprimatur parte, & maior sententia dicto est.  
 Emphasis est Graecis, quae & Significatio nostris.  
 Fitque per ambiguum verbum, quod vertis ad usum  
 Ipse tuum, sitq; excessu & grauiora loquendo  
 Ut leuiora probes etiam; sit saepe sequela  
 Et rationis ope ex dictis non dicta legentis;  
 Interdum sermo inceptus praeciditur ante  
 Quam res clarescat, sed non obscura relicta est.  
 Usque adeo, ut certum nequeas deprendere sensum.*

Emphasis, Latine Significatio.

Emphasis interdum per consequentiam intelligitur & explicatur.

Exemplum emphasis in Lutherum.

*Quid tibi cum dominis, tibi cum Martine tyrānis?*

*Si tibi religio est cordi, non illa fauore*

*Indiget humano, humanis non viribus illa*

*Nititur, è calo illapsa est, mortalia temnit,*

*Quis te Principibus sociavit Iudicibusque?*

*Fingimus interdum voces absentis amici,*

*Verbaque suscipimus necdum prolata, modòsque*

*Illius, quem nos dicentem ad nostra citamus*

*Iura; eadem ratio est, cum rebus fingere voces*

*Nitimur, aut formam quibus hæc natura negarit:*

*Hoc iuuat imprimis, & multum conficit, arte*

*Si tamen atque loco proprio & ratione petatur.*

*Et fuit à nostris hæc Conformatio dicta.*

*Christus, ut, in terris si nunc foret, ut fuit olim,*

*Tunc cum Discipuli lino ratibusque relictis*

*Non ad desidiam, nec ad otia fœda vocantem*

*Feruenti affectu Dominum studioque sequuntur;*

*An Martine putas istis te agnosceret ille,*

*Artibus audentem populos subuertere? Iam te*

*Reiceret, vacuamque fidem, & non sancta monerem*

*Otia reiiceret seruum mercedis iniqua,*

*Sape vocans porcū immundūq; canemq; prophanū.*

*Nec tamen est absens Christus, auditur ab omni*

*Nunc populo, exagitans & te Martine, tuamque*

*Doctrinam infernis ductam de sedibus, inq;*

*Infernas referens sedes, mendacia fassos*

*Quosque tua, & calo proclamat Christus ab alto,*

*Clamat Euangelium verbi vox viua superni,*

*Aeternūmque pijs solamen, luminis alti*

*Lucida fax clamat, te te Martine furentem:*

*Et mihi inurentem infami mendacia lingua*

*Exagitent furia, nec nostri muneris unquam*

*Tūque tuique feras ingentia premia, qui me*

Cont a-

Emphasis sic colligitur, cum tu Principibus operam daret de tyrānide, aut terrena dignitate cogitare videbaris.  
Cōformatio figura.

Cōformationis exemplum.

In Lutherum.

*Contaminare mali commento audetis iniquo.*

Effictio figura.

*Pingimus interdum faciem verósq̄ue colores  
Persona, cuius conamur dicere causam;  
Membráque formamus dictis, cum scilicet hac ex  
Parte modum ac vires atque argumenta putamus*

» *Addere materia nostra; nam sæpè videmus  
» Corporis ex specie mentem: facièque notamus  
» Affectus motúsque animæ, quæ sæpius inde  
» Proditur, & certo indicio spectanda patescit.*

*Illáque ab officiis Effictio dicta figura est.  
Frons brevis, & fusca cernendo lumina, nares*

Effictiois exem-  
plum.

*Per similes satyris, rictus diductus, acutis  
Dentibus, atque color fuscus, & totius usque  
Corporis & motus species ac forma ferina,*

*Quid nisi inhumanos potuit promittere mores?*

*Per certos nunc verba gradus ducuntur, habentq̄<sub>3</sub>  
Ponderis haud minimum, ratio nam crescit eundo,  
Atque parat vires, additque affectibus artem.*

Gradatio.

*Hinc nomen cepit forma, atque Gradatio dicta est.*

*Quis modus est vitiiis? si quidquid criminis acres  
Concipiunt animo iuuenes, exponere tentant?*

Exemplum Grada-  
tionis.

*Exposita atque patrare licet, quæcunque licebunt,  
Hæc possunt, nec quæ possunt fecisse morantur,  
Nec reprobant factum patres, neque iura coërcent?*

*Ordinis interdum venus est, ut parte priori  
Exposita, ad reliqua accedas, quæcunque parabis  
Dicere, tunc breuiter repetas quæ dixeris; & quæ  
Sunt dicenda, breui tentes proponere summa:*

Series, sicut quæ  
partitioni seruit.

*Hæctenus audistis, quali pietate caleret  
In patrem ac fratres Iacobi filius; at nunc  
Infontem in puerum fuerit quæ iniuria fratrum,  
Et scelus, exponam, quod nulla Tragedia vincit.*

Exemplum huius  
figure.  
Alludit ad historiã  
Iosephi. Genes. 37.

Spanorthotis, siue  
correctio.

*Nec minor est usus, cum quis producere verba*

*De re quacunque incipiens, cupit addere ad illam,  
Forte minus verbum aut maius, pro pondere causa:  
Tunc simulat se verba prius damnare relata,  
Et propiora loqui posse, & se corrigit, addens  
Particulam quæ correctum denunciât, inde hac  
Forma capit nomen Correctio: dicere si quis  
Sic velit: Egregium miserunt Numina regem  
Nunc populis nostris, patriæ at dixisse parentem  
Sit melius, qui tam assiduus iam ante omnia curat  
Rem populi, oblitus quæ sunt sua commoda cumque.*

Correktionis exem-  
plum.

Parenthesis siue in  
terpositio.

*Nota nimis vulgo est alia ac protrita figura  
(Nec dicenda mihi, lex id nisi posceret artis.)  
Continuos sensus quæ sæpè intercudit, atque  
Inserit usque breuem sensum, quo cetera clara  
Sint magis, ac sine quo tamen haud obscura fuissent.  
Huic ego Romanum facio Interclusio nomen.*

Exemplum Paren-  
thesis.  
In Lutherum.

*Nota magis Græco est, nam dicta Parenthesis illis.  
Sæpè ego (nam memini puerum me audisse recentem  
Esse ignem) in populis incendia magna timebam.  
Atque utinam tunc nascentes extinguere flammæ  
Qui potuit vellet, (potuit quis,) tunc posuissent  
Hæc mala, iam pacem coleret pia turba quietam.*

Posuissent i. cessa-  
uissent.

Antitheton siue cõ-  
trarium figura, quæ  
pugnam appellat  
pocia.

*Contendit per sæpè aliquis contraria iactans  
Verba, nec exiguam venerem solet illa figura  
Addere dicendis, & vires protinus auget;  
Sed tamen hanc partem multum rationis egere  
Dicimus, utq; illis formis utare modestè,*

Censura de figura-  
rum vfu.

*In quibus ars nostra ostendit præconia laudis:  
Hoc etenim stulti peccant, quæcunque figura  
Partem aliquam veneris didicere & laudis habere,  
Obnixè incumbunt his solis, ordine nullo  
Inculcant, nec verba sciunt nec tempora rerum  
Eligere, hinc pariunt fastidia sæpè odiûmq;*

Parti-

Partibus his multum laudatis; nam videas tu  
Oppositis qui semper amant contraria verbis  
Congerere assiduis concursibus, atque parare  
Pralia verborum, turbis ingentibus usque  
Exstructas acies, veluti committere bella

Rhetoricum sit opus solummodo, præterea nil;

” Quo magis ingenio tibi sunt atque arte regenda

” Hac, quæcunque usu sunt inuidiosa frequenti;

” Nec videare sequi vulgus, neu linguere causam.

Sic ergo Antithetis propriis suadebimus uti,

Non ut in Antithetis ratio sit tota loquendi,

Qui nocet, ô patres, socius dicetur an hostis?

Christicolam ne voces hominem cuiuscumq; supersunt

Dinitia, ast inopi saltem dare nolit amico

Quo vitare famem possit, quo frigora pellat?

Is tibi Christicola est, an Mauro senior omni?

Hanc vocat Antitheton tibi Græcia tota figuram:

Nos etiam proprio dicemus nomine Pugnam.

Grammaticis est illa etiam notissima forma,

Non spernenda tamen dicenti: munera cuius

Hæc fuerint, ut qua numero proponere nullo

Vocum posse putet, satis ac sit nomine ab uno

Ostendi tamen ambage & molimine vocum

Efferat interdum causa ducente decora:

Non unquam ut variet ratio repetita loquendi;

Simplicis interdum defectu vocis ad artem

Apposita, aut metri ratione aut carminis usu;

Sit tamen hæc virtus, ut quando id cogat egestas

Dissimules, & sponte tua videare petisse.

Id fiet si tam gratis ambagibus uti

Noueris, ut simplex etiam si nomen haberes,

Esse magis credas gratum atque optabile, quod tu

Pluribus ostendis verbis spaciòque moraris.

Multis imperitiis  
contraria siue an-  
titheta frequenter  
in usu esse.

Antitheton exēpla.

Periphrasis siue cir-  
cumlocutio figura.

Causæ, quare circū  
loquutionibus uti-  
mura decorum, va-  
riatio, necessitas.

Ut pa-

Exemplum Peri-  
phraſis.

*Vt patris aterni pignus, ſi dicere Ieſum  
Aut vis hunc pura de virgine promere natum,  
Aut hominum praeceptorem, vitæque magiſtrum.  
Cuncta decent, et rem ſignant, animùmque laceſſunt.  
Circuïtus patribus dicta eſt hæc forma Latinis.*

Expolitiõ figura.

*Iam multis ornatã modis dicenda figura eſt,  
Quæ ſe expectandã demonſtrat ſapius, ac non  
Faſtidiã manet, faciẽm nam promit eandẽ  
Ornatã vario comptu, vt tu cernere dicas  
Nunc aliã atque aliã; tantum ſit fallere, & arto  
Decipere incantõ ſenſus, ſed & addere vires  
Illa ſolet rebus magnas, & lumina verbis:  
Fit repetendo iterũ atq; iterũ, quæ pulchra videntur;  
Sic tamen, vt repetat res ipſas, verba, modũque  
Dicendo inuertat, fugiens faſtidiã cunctã.  
Immutat numerum vocum, deducere doctã  
Rem verbis vnã multis, & cogere in arctum;  
Nonnunquam aſſcitis aliis inuertere primas  
Illa cupit voces, nonnunquam vocibus iſdem  
Ordine mutato variat, ſed & omnia vertit,  
Nempe modos & verba ſimul permutat, & ipſum  
Dicendi affectum, atque alio pronunciat ore.  
Vnde illi, quia tantã poteſt variare loquendo,  
Atque polire etiam, venit eſt q; Politiõ nomen.  
Vt mihi nil potuit te Gaſpar charius eſſe,  
Nec animo iucunda magis quacunque voluptas  
Eſſe meo potuit, quàm tẽque videre, fruite:  
Nec mihi vita fuit potior, quàm dulcia tantã  
Munera amicitie, quam nos non diuitis Indi  
Delitiis, non imperio poſtponimus ulli.*

Expolitiõis exem-  
pla.

Sententiã, quæ Græ-  
cis Gnomẽ.

*Vtilis ad vitam ſuperẽſt Sententiã, laude  
Nominis ipſa ſui multum celebrata, petenſq;  
Non ſolũm audiri, ſed & alta mente reponi,*

*Vtilitate*



Utilitate sua precium promittere honestum,  
 Et dare, non fallax, ac plurima commoda multis.  
 Illa breui vocum numero præceptaque vitæ  
 Optima demonstrat, momentaque maxima rerum,  
 Atque decus grauitatis habet, cum pondere vocum.

Ut nihil inuita pulchrum, si non sit honestum.

Sententiæ exemplū.

Innocuus quisquis fuerit, fortissimus idem est.  
 Nil timet in vita, quicumque timere Deum scit.  
 Illa locis in spersa suis multumque decoris  
 Et fidei multum dicendo & ponderis addit.

Comoratio figuræ.

Ultima dicenda est nobis, sed magna figura,  
 Qua struit atque parat toti fulcimina causæ,  
 Et nervos venasque omnes sermonis habendi  
 Roborat, atque Oratorem confidere cogit:  
 Audacesque animos addit, ut vincere tandem  
 Conetur, firmusque velit persistere cæptis.

Huius erit ratio & virtus, ut rebus in illis  
 Quas tibi præcipue dicendo profere credas,  
 Sæpius insistas, repetasque, & corpore toto  
 Sermonis vires hinc cunctis partibus addas:

Ut pars nulla tibi toto in sermone vacare  
 Viribus his possit nervis & sanguine, per quæ  
 Vita subest, pariturque tuæ fiducia causæ:  
 Sæpius hoc repetas, volumus: multumque moreris,  
 Unde tuis speres fore maxima commoda rebus,  
 Inde habet hæc nomen ratio, quia semper in illis  
 Fu mora præcipue rebus, quæ maxima nobis  
 Fulcimenta parant, Con-

Con. dicta moratio)  
 per Tmesim. i. com  
 moratio dicta.

dicta moratio quodam est.  
 Exemplum si forte petas breuitate ferendum,  
 Haud facile & promptum est ostendere: nam modo cunctis  
 Partibus infundi hanc formam sermonis habendi,  
 Dum tibi describo, memini dixisse: nec unum  
 Occupat illa locum, nec sede moratur in una.

Exemplum Com-  
 morationis non po-  
 test breuiter assignari  
 cum figura hæc per totam orationem  
 spargatur.

Sed ta-

In sacris libris Cō-  
morationis vsus fre-  
quentissimus est.

*Sed tamen in sacris dabimus pulcherrima libris  
Exempla, & manifesta quidem, repetitāque sēpè,  
Nec minus in causis ciuilibus omnia passim  
Sunt huius generis conferta exempla, patronos  
Quoslibet antiquos si consulis, vt Ciceronem  
Sapius audieris, dum pellere crimina tentat,  
Protegere & causam curat Milonis amici,  
Sapius id repetit, vim vi propellere ius est.*

In Psalmis cōmmo-  
ratio frequens, prę-  
sertim in misericor-  
dia imploranda.

*Et sacra Iessiada si voluas carmina vatis,  
Inuenias dum sēpè Deum supplexq; precatur,  
Auxiliūque petit, veniāque, & numina placat.  
Sapius vna illi totis clementia libris,  
Et miserata malis nostris mitissima patris  
Viscera, sēpè illi hæc pleno versantur in ore.*

De cōfutatione cu-  
ius vsus, vtilitatē,  
& difficultatē prin-  
cipio indicat.

*Nec vero satis est propriam defendere causam,  
Argumentorum & tibicine sustentare;  
Et struere id, quod queris, opus, partesq; tueri  
Sæpe tuas; si non, hostis quæcunque pararit  
Arma, cauere queas; clypeoq; retundere forti:  
Atque retorquere interdum, iaculatāque contra  
Irrita fecisse; hæc artis pars maxima, paucis  
Concessa est. Nam qui accusent vel crimina, multos  
Inuenias, vel qui laudent quæq; optima, vulgo  
Sæpe Oratores videas, non indiga tantis*

Accusator pauciori-  
bus indiget, quàm  
defensor.

*Viribus ingenij est pars hæc, fluit obice nullo  
Ipsa sibi, cursuq; suo prolabitur vsque;  
Nititur in vero ratio hæc, capit inde modumq;  
Contenta & numerare gradus, speciesq; malorum,  
Sive boni partes, multum fiducia præstat  
Dicenti, & per sæpe solet clamore ciere  
Numina, iudicium, testes, & tempora, mores.  
Ordine neglecto, atque arte, & tamen vsque perorat.  
At patronus erit multis instructior armis,*

Arti-

Artibus atque alijs, varius quarum indiget usus;  
 Nec satis est proprijs rationibus omnia posse  
 Confirmare, sed aduersis obsistere telis  
 Est opus, & propulsare & molimina cuncta  
 Diruere, quacunque paret producere contra  
 Accusator, ut & propriam defendere partem  
 Possit, & egregij laudem præferre patroni.  
 Prisca tulit raros atas defendere doctos.  
 Nam facile & pronum est & res, & crimina, verbis  
 Exagitare malis, ducit natura loquentem,  
 Ipsaque inhumani facti indignatio clamat.

Confutationis for-  
 ma.

Mille modos formasque mouet, variasque figuras  
 Defensor, cum sepe neget minuât ve probata  
 Crimina, sepe etiam culpam traducat in hostem,  
 Molliat interdum, nonnunquam rideat altè,  
 Ridiculûmque docere paret, quodcunque probarit  
 Accusator & infestet persapius ipsum,  
 Multaque despiciat dictis, qua magna fuisse  
 Dixerit alter, & inuertat quacunque nocere  
 Crediderit, doctus non cedere viribus ullis.

Confutationis no-  
 mina, Confutatio,  
 Depulsio, Infirma-  
 tio.

Hac variis dictata olim pars vocibus, ut qua  
 Confutet, crimen pellat, contrariaque arma  
 Infirmet, sic ducta tenet sua nomina verbis.  
 Non alios tractare locos, aliudve monere  
 Argumentorum pondus, dum diruit, atque  
 Infirmit, solet Orator; sed fontibus isdem  
 Confirmat proprias causas, hostique repugnat,  
 Vnde nouam præceptorum non ponimus artem:  
 Sed tamen & finem triplicem proponere suenit  
 Rhetor, ut aduersæ denitet vulnera plage;  
 Aut etenim penitus frangit iaculata negando,  
 Aut leniora facit, verbis aut mollia reddit.  
 Protinus obiectum crimen reprehendere tentat:

Confutationis li-  
 loci sunt, qui & in-  
 uentionis.

Confutationem tri-  
 bus paramus mo-  
 dis, aut obiecta frân-  
 gendo, aut mouên-  
 do, aut molliora  
 reddendo.

Negamus interdû  
 propositionem, nō,  
 nunquam vtro cō-  
 sequentiam.

Sin mi-

*Sin minus id possit, mendose colligis inquit:  
 Et tibi concedam partes fortasse priores,  
 Posteriora sequi ex ipsis tamen abnuo: vel si  
 Id sequitur; tamen ostendam leuiusque, minusque  
 Esse quod intendis, quam tu fortasse putaris.  
 Téque adeo tragico affectu, cumuloque loquendi  
 Obruere astantes aures, non vincere causa.  
 Eripuit sic sæpè reos ingentibus usque  
 Criminibus, gladiisque exemit; colla catenis,  
 Compedibusque grauem dissoluit, libera misit  
 Crura manusque necem metuentis, & ultima fata:  
 Vel leuiora dedit pœnarum pondera dictis,  
 Mitius exilium, facile & reuocabile iussit.*

De Peroratione,  
 quæ argumentorū  
 enumeratione bre-  
 ui & affectibus cō-  
 stat.

*Pondera dicendique modos perstrinximus omnes,  
 Quæ loca tentari deceat, quibus utier ausis,  
 Et quibus expediat quacunque effingere formis  
 Argumenta, quibus propriam fulcire paretur  
 Aut contra aduersam penitus prosternere causam.  
 Principiis quibus utendum, quæ exordia, quoque  
 Iudicio ponenda, satis iam diximus antè.*

*Nunc opus ingenio, doctam nunc querimus artem;  
 Quæ totum demonstrat opus sub fine decenti.  
 Claudere, pondus enim multum momentaque magna  
 Finibus orandi concessa; & sæpè videmus  
 Qui totum turbauit opus, disiectaque toto  
 Corpore dicendi lacerauit membra, sub ipsum  
 Correctus finem placuisse, & cuncta tulisse  
 Præmia conceptæ causæ: rursusque notauit  
 Quàm multos, quibus orando sua præmia iam iam  
 Cessura, & merito melioris debita causæ  
 Eripit artis egens ingratus & exitus: Ergo*

» Non satis orasse ex arte est, nisi & arte perores.

» Finis enim & quæ sunt cura concepta recenti

Promptius

Promptius inuadunt, mentiq<sup>3</sup> tenacius herent:  
 Dum non plura putat sibi iam spectanda, nec usque  
 Distrahitur longis auditor cursibus, ac iam  
 Sentit adesse modum, cupit & meditata referre,  
 Et referenda aliis causa momenta tenere.

Summa perorandi ratio spesq<sup>3</sup> ultima, (quæ non  
 Fallat, & incerti euentus discrimina tollat.)

Constiterit duplici cura, namq<sup>3</sup> altera pars est,  
 Enumerare gradus causæ, & fortissima quæque  
 Argumenta breui motu præstringere, non quod  
 Sermonem repetisse pares, atque integra rursus  
 Verba modosq<sup>3</sup> omnes dicendo voluerit, sed quod  
 Quidquid habet vel momenti, vel ponderis ipsa  
 Causa, vel ingenio quidquid coniungere causæ  
 Contingit reparare iterum faciliq<sup>3</sup> figura  
 Perpendenda iterum artifici proponere summa:  
 Ut quæ ostensa prius variis sunt partibus, atque  
 Fortassis leuiora aliis sunt singula visa,  
 Nunc vires cumulat a suas, sibi mutua iungant  
 Officia, & turba vincant, & cedere cogant.

Altera cura animos magnis affectibus usque  
 Perturbare, nec in solis rationibus omnis  
 Vincendi vis semper inest: nam libera mentis  
 Portio, quæ imperium nostri solet vna tenere,  
 Concipit interdum ratione negante figuras,  
 Quas amat, atque ultro sequitur, seq<sup>3</sup> afficit illis  
 Usque adeò, ut multum assiduo defessa labore,  
 Dum meliora docet ratio, dum plurima ponit  
 Fundamenta boni, incassum se intelligat usque  
 Sudasse, atque gemens cedat, potiusve trahatur,  
 Tantum habet arbitrii, tantum imperiiq<sup>3</sup> voluntas  
 Humana, ut postquam rerum conceperit illos  
 Affectus, ratione vlla, neque viribus vllis

Prima peroratio.  
 nis pars breuis ar-  
 gumentorum sum-  
 ma.

Altera peroratio  
 nis pars, affectuum  
 concitatio.

*Succumbat, non si saui tormenta tyranni  
 Intentent, mortemq<sub>3</sub> trucem per vulnera, non si  
 Dedecus; externis tandem non viribus illa  
 Ernitur. nisi paulatim quos induit ardens  
 Exuat affectus, aliamq<sub>3</sub> effingere formam  
 Incipiat. Sed qua possis molirier arte  
 Hoc opus, inq<sub>3</sub> tuas partes perducere mentem  
 Alterius, discenda breui praecepta docebo.*

Optimum praecep-  
 tum ad quancum-  
 que causam pero-  
 randa, ut Orator  
 non alienam esse  
 putet, sed suam.

*Principio quaecumque tibi tractanda paratur  
 Causa hominum, vel causa Deum quaecumque mouenda  
 Suscipitur, cupiam tantum tibi tradere cura,  
 Ut propriam penitus credas, ut nil aliene  
 Partis habere putes, tua sit, tua tota, nec ullum  
 Participem facias tecum, siue utile quid sit,  
 Ordiri quodcumque paras, vel inutile; quidquid,  
 Quidquid erit tandem, quemcumque & cedat in usum,  
 Finge tuum penitus, nec quicquam cura te pescat.  
 Ulla tibi, quamuis fuerit qui vel sua vel se  
 Tradit agenda ferox inimicus, durus & hostis,  
 Vel Scythia, vel Turca immanis, vel barbarus hospes,  
 Sit quicumque, vel inuisus patriaq<sub>3</sub> tibiq<sub>3</sub>;  
 Suscipienda tibi vel non est causa patrono,  
 Vel semel ut suscepta, animo tractanda fideli.  
 Non frustra propriam causam tibi credidit, is qui  
 Commisit tibi se totum, auxiliumq<sub>3</sub> fidemq<sub>3</sub>  
 Implorare tuam voluit: tu concipe talem  
 Talem animum, qualis deceat sanctumq<sub>3</sub> bonumq<sub>3</sub>  
 Veracemq<sub>3</sub> virum; fortunam protinus omnem,  
 Et miseros casus, & mentem ante omnia totam  
 Alterius vestire tibi, tua ducito cuncta  
 Commoda, damna, malum, iactura, speq<sub>3</sub> metumq<sub>3</sub>;  
 Et quodcumq<sub>3</sub> potest animo superesse clientis,  
 Hoc patronus habe; nostram vel protinus artem*

*Mitte,*

Mitte, nec è nostris te quisquam dixerit esse  
 Discipulis, Oratorem qui ante omnia iustum  
 Optamus, fortemq; animo, semperq; fidelem.  
 Iamq; adeò si sancta tibi suscepta Dei sit  
 Religio, & Diuina paras euoluere scripta,  
 Atque fidem populos praeceptaq; sancta docere,  
 Offensuramq; patrem vitis, & iusta minantem  
 Supplicia, aut blandis ad maxima dona vocantem  
 Vocibus, & miseros homines meliora monere  
 Ipse velis, maiora tuis haec credito rebus.  
 Nec tantum vel vita tibi, vel munera vitæ  
 Omnia, vel patriæ charæ, vel sancta parentum  
 Sit pietas, quantum fuerit sanctissima diuinum  
 Religio, & curanda tibi maiore labore &  
 Viribus humanos nimium superantibus ausus.  
 Maxima precipimus (futeor) maioraq; nostro  
 Conatu, speranda tamen: nam sepius illa  
 Vidimus in terris fieri, si sacra reuoluas  
 Carmina, si historias, si cuncta exempla priorum:  
 Inuenies miranda tibi spectacula rerum,  
 Spiritus ut quondam calo delapsus ab alto  
 Pectora Diuino afflatu penetrata virorum  
 Iusserit humanis incognita viribus usque  
 Tentare, & tentata etiam pervincere, quæ tunc  
 Et Reges, populiq; omnes, rerumq; periti  
 Mirati victusq; manus animosq; dedere.  
 Qualia non nostris etiam sperare negatum  
 Temporibus, modò mens adsit pia, mensq; timore  
 Plena sacro, quam non rerum vesana cupido,  
 Vel misera ambitio, luxus fastusq; superbi,  
 Nullave terrena vitæ unquam commoda tentent;  
 Sed moueat virtus, moueat reuerentia Diuinum,  
 Veraq; totius perfectaq; commoda gentis.

Maiori cura suscipiendas esse diuinas causas, quàm si ipsius Oratoris essent propria.

Ad maximos & honestos conatus prouehendos, Diuinam gratiam paratam esse.

Quisquis & hanc mentem affectu studioq<sub>3</sub> pararit,  
 Accipiet maiora animo iam munera ab alto  
 Æthere, que humanis iubeant tentare periculis  
 Maiora, & tentata modis peruincere magnis.  
 Siue ergo diuina paras exponere dictis,  
 Concipe maiores humanis spemq<sub>3</sub> animumq<sub>3</sub>.  
 Atque minora puta cali quacumque sub axe;  
 Vt cura, studioq<sub>3</sub> pio, sanctoq<sub>3</sub> labore  
 Relligionis agas causam, recteq<sub>3</sub> perores.  
 Siue agites hominum suscepta negotia quaque,  
 Nulla minora tuis vel non aliena putaris;  
 Tunc natura tibi affectus animiq<sub>3</sub> parabit  
 Irritamenta, & flammis quibus ipse mouere,  
 Et turbare queas, mentemq<sub>3</sub> impellere magno  
 Impete iudicibus, turbaq<sub>3</sub>, omniq<sub>3</sub> corona,  
 Et trahere inuitos etiam, potiusq<sub>3</sub> sequentes.  
 Ipse tibi propriam cum tu rem feceris, & cum  
 Affectus prius ipse tibi conceperis altos:  
 Vt doleas verè ut verè indignatus, ut omni  
 Latitia in rebus letis correptus aperta  
 Pectora demonstrates dictis, animiq<sub>3</sub> furores  
 (Cum iusta ratione tamen) viuasq<sub>3</sub> querelas,  
 Natura monstrante vias, expone, modosq<sub>3</sub>,  
 Fingere quos nequeat, nequeatq<sub>3</sub> ars vlla docere.  
 Nulla igitur precepta dabo, quibus ipse mouere  
 Alterius mentem valeas, sed protinus uno  
 Omnia concludam. Propriam bonus indue mentem,  
 Qualem optas aliis, tua tunc fortuna tuusq<sub>3</sub>  
 Continget reliquos animus, communia coget  
 Esse tibi atque illis cuncta infortunia, casus,  
 Ceteraq<sub>3</sub> humanam penitus variantia vitam.  
 „ Cogit enim natura homines communibus vsque  
 „ Motibus impelli, seu gaudia, siue dolores

Optimos & com-  
 modissimos affe-  
 ctus spontè erum-  
 pere in illis qui  
 sua agunt causas.

Summa totius tra-  
 ctationis & docu-  
 menti.

Ostendit hominibus  
 à natura tributum  
 esse, vt alij aliorum  
 fortunis & miseris  
 moueantur.



Vita ferat, causas & cuncta pericula iungit.  
 Et facile alterius damnum tristefq; ruina  
 Peruadunt sensus nostros, & mutua tentant,  
 Pectora: concessum sed si non cuncta leuare,  
 At sentire tamen nulli credam esse negatum.  
 Ostendunt lachryma ac risus, quaeq; omnibus insunt  
 Argumenta, pari affectu similiq; dolore  
 Exerceri animos hominum, multumq; moueri.  
 Ergo cura duplex fuerit, studiumq; laborq;  
 Dum finem fecisse paras sermonis habendi,  
 Enumerare modos cause, & momenta referre,  
 Atq; animos mollire hominum, compellereq; altis  
 Motibus, inq; tuae affectus effingere mentis.  
 Hæc mihi peruincet demum, hæc oratio palmam  
 Eripiet, quæ clausa graui sine atq; decenti est.

Summa eorū quæ  
 præcepta sunt erga  
 perorationem.

H 3 RHE-

Hactenus de arte  
Rhetorica, de cau-  
sarum locis, de ora-  
tionis partibus: nunc  
de ipso agit Orato-  
re.

*QVÆ causa, quibus eruere argumenta locisve,  
Qua serie inuentis uti, qua verba petisse  
Conueniat, quibus exornentur & omnia formis,  
Diximus, & quales fines quaque ultima postant.  
Nunc Oratorem qualem, quantumq; patronum  
Optemus, facile expediam tibi carmine tantum.*

*Tuq; adeo, quem nostra colit celebratq; camæna,  
Adsis præclarum cui dat sapientia nomen,  
Hesperia decus eximium doctissime Iani:  
Quem pietas, quem sancta Deum reuerentia magnū  
Efficiunt; quem rara facit doctrina colendum;  
Qui cunctos virtute trahis, sermone disertō  
Perducis, magnoq; tibi coniungis amore.  
Te spectata diu probitas, & cognita multo  
Tempore, & assiduo exemplo sapientia diua  
Sublimem excelsis Iani posuere cathedris,  
Et firmanda tuo exemplo monitisq; dedere  
Pectora, mentem, animumq; excelsi principis, in quē  
Incumbit moderanda olim pars maxima mundi.  
Namq; ubi dispositis per regia gesta Philippus  
Decedet serus terris, & sidera tandem  
Pondere lassatus rerum melioraq; regna  
Atque decus celi meritum, æternasq; coronas  
Sponte petet letus vita satiatus & annis,  
Carolus imperij moles, & pondera regni  
Suscipiet, referetq; & auum, referetq; parentem:  
Hesperia desiderium numen quoq; duplex.  
O tibi qua doctum tentabunt gaudia pectus,  
Cum celsō vectum curru grandæuus alumnus*

Honoratum Ianiū  
genere nobilissimū  
Caroli Hispaniarū  
principis præcepto-  
rem hoc in libro  
laudat, & Oratori-  
bus imitandum  
proponit.

Cùm videas nixum folio, cùm scepra tenentem;  
 Tunc, quæ iam magni duce te moderamina regni  
 Iustitiam atq; fidem didicit Diuùmq; timorem,  
 Exercere paret, præceptaq; sancta referre,  
 Pectore quæ tenero nunc Iani sculpis, & altè  
 Insinuas, regemq; paras formare futurum.  
 Da facilem mihi te, vatiq; ignosce volenti  
 Artibus ex multis quibus es tu maximus, unam  
 Dicere, & ingenuos animos mentesq; docere.  
 Et patere hic, dum Oratorem depingere conor,  
 Te mihi præsentem fieri, exemplarq; colendum  
 Dede tuum. Nam si vultus verosq; colores  
 Expressisse tuos, nobis iam forte negatum  
 Ingenij culpa exigua & virtutibus artis;  
 Si tamen & primas umbras ductusq; mouemus,  
 Inuariata tuo figentes lumina vultu,  
 Hoc sat erit, non ut Iani componere laudes,  
 Et faciem pinxisse ferar, sed ut optima dicar  
 Ipse Oratoris posuisse exempla disertii.  
 Iamq; alij vates, quibus & natura benigno  
 Carmina concessit fluxu, tua facta canendo  
 Effigiesq; tui veras, miranda parabunt  
 Edere longinquis etiam spectacula regnis,  
 Aeternaq; suo capiti peperisse coronas  
 Certabunt, tua facta omnes laudesq; canentes,  
 Diuite materia inuenta, cunctisq; parato  
 Munere, & ad facilem palmam laurosq; vocante.  
 Nec minor hæc sit cura mihi, si carmina Muse  
 Oberiora dabunt, & tantis commoda votis.  
 Imprimis quicumq; voles Orator haberi,  
 Mentem animumq; tuum magnis virtutibus omni  
 Ornabis studio, tibi sit sanctissima semper  
 Iustitia; humanosq; simul quæ temperat. actus,

Translatione ex pi-  
 ctura ducta exte-  
 rnat ingenij suū,  
 & Honorati laudi-  
 bus celebrandis  
 impar esse fatetur.

Oratorem virum  
 bonum esse oportere dicit.

Omnes virtutes  
 perstringit quibus  
 Christianum Ora-  
 torem ornatum  
 esse vult.

Atq; modū rebus statuit virtus, quaq; omnia perferet  
 Fortuna tormenta manens immobilis, atque  
 Erecta ceruice omnes contemnere casus  
 Suevit, & immotis oculis prospectat Olympum.  
 Nam cui causa hominum cedat, cui causa Dei sit  
 Suscipienda, bonumquē paret suadere, malumquē  
 Dissuadere petat, cui fas, cui iura parantur,  
 Cui fuerit commissa olim sanctissima legum  
 Maiestas, cui templa Deūm, qui publica cuncta,  
 Qui scelus inuisum accuset, qui sana nocentum  
 Pectora conturbet diltis, quem vita reorum  
 Fortunequē omnes tangant, sesequē tuenda  
 Commendent lachrymis multis & supplice voto:  
 O qualem decet esse virum iustumquē piūquē!  
 Non illum saui imprimis tormenta tyranni  
 Terruerint, non ambitio neque inania vulgi  
 Munera, falsus honor, vana & præconia laudis  
 Tentabunt; procul omnis amor, odium procul omne,  
 Spesquē metusquē, atque omnis opum vesana cupido.  
 Qui simul ut suscepta bona molimina causa  
 Arripuitquē, humerisquē suis conamine multo  
 Imposuit, fulcire parans sanctequē tueri,  
 Irruat opposito ventorum maxima flatu  
 Tempestas, feriant immensi sydera fluctus,  
 Terga premant hostes, clamor strepitusque fragorq;  
 Terreat incerto sonitu, iamque ingemat axis  
 Orbis, & ipsa poli moles disiecta ruinam  
 Ostendet, iamque astra cadant, iam sydera lucem  
 Cuncta negent, obscura oculos nox occupet omnes;  
 Impavidus tamen obsistet, susceptaquē numquam  
 Pondera deponet, sonitum vanosque fragores  
 Contemnet, nec terga dabit, nec flectere recto  
 Tramite cogetur, nec respexisse, nec usquam

*Vel vultus variare suos, vel lumina tandem  
Mouisse, erecto procedet vertice, & usque  
Integer optatum persistet querere finem.*

*Prima igitur sit cura tibi Diuūmque timorem  
Imbibere, atque altè pietatem condere in imis  
Visceribus: metus ille sacer sanctòsque bonòsque  
Efficit, atque homines nullos, nec tartara seua  
Is timuit, cui sancta calent Diuūmque timore  
Pectora tentantur, firmo tutissima vallo  
Corda parat, virésque, inuictaq; roboramētis.  
Tum studium formare animum virtutibus illis,  
Qua iustum, sanctumq; virum cunctisq; probandū  
Omnibus ostendant: nam quamquā ex Rhetoris arte  
Virtutis præcepta dare atq; ostendere, non sit:  
Attamen & sanctos mores & pectora pura  
Vendicat ipse sibi Rhetor, qui querit honestum  
Discipulum, patriaq; bonum populisq; suis, &  
Relligionis onus dignumq; aptumq; subire.  
E superis delapsa olim Suadela feroces  
Composuit gentes, populosq; ad iura vocauit,  
Atque hominum genus in propriam properare ruinā  
Auertit, vetuit cedes & roboramēta duri  
Pectoris amouit, cantu lenita coëgit  
Cedere, & ad placidè traduxit commoda vitæ:  
Tantum adeò potuit placido sermone mouere.  
Diuinas artes tandem diuināq; cedens  
Munera virtuti diua seruanda reliquit,  
Inq; hominum vitam & mortales tradidit usus;  
Et voluit sua sacra illis tractanda negari,  
Quos non agnoscat, proprios nec dicat alumnos  
Virtus magna Deūm proles, atque unica vita  
Compositura decus nostræ, & qua commoda cuncta  
Afferat, atque hominum generi celestia præstet*

H 5

Mune-

Diuinum timorem  
omnis sapientiz &  
fortitudinis initiū  
esse.

Rhetorica bonum  
virum non facit,  
sed exigit.

Persuasio ad homi-  
num vilitatem na-  
ta bonis viris ma-  
ximè gaudet.

Poëticè docet Sua-  
delam cum è terris  
discederet, sua mu-  
nera apud Virtutē  
deposuisse, ipsamq;  
Virtutem officij sui  
vicariam reliquisse.

*Munera, conciliet pariterque hominésque deósque.  
 Este igitur procul à nobis, quos inelyta virtus  
 Dedita suis longe penetralibus arcet:  
 Sacrilegas prohibete manus, scelerisq̄ue nefandi  
 Iniustique doli linguas fraudisq̄ue ministras;  
 Nostráque vos puro tantum præcepta tenete  
 Pectore queis simplex cordi est, queis sola placere  
 Sola potest virtus, queis mens caelestia tantum  
 Dona cupit, magnóque parat quasisse labore.  
 Huic liceat, penitus nostra hæc contingere sacra;  
 Cui studium est, cui cura genus mortale iuuare,  
 Spontéque pro patria procumbere, ponere magnis  
 Pro pietate animam rebus, grauibúsq̄ue periclis.  
 Hic mihi dicendo Orator suadebit, & omni  
 In causa eripiet palmam, cui pectus honesto  
 Incaluit, sociatq̄ue simul virtutibus altum,  
 Eloquium, felix & munere præstat utroque;  
 Et morum grauitate premit, dulcedine linguæ  
 Pertrahit, inuitos cogit, vel spontè sequentes  
 Ire viam suadet, qualem sermone disertio  
 Instruit ipse, ducémque parat se, primus in illam  
 Incumbens, pariterque mouet, vocémque pedémque.  
 Hunc etiam multis ornet sapientia diua  
 Artibus, atque omni doctrinæ munere, quisquis  
 Orator cupit & fieri, & præclarus haberi:  
 Hunc Heliconiades certent componere diua,  
 Quæq̄ue suum finxisse paret, proprioque coronet  
 Munere, perdoceat Pallasq̄ue & doctus Apollo  
 Instruat hunc multis, quas nouerit, artibus. Ergo  
 Unus erit qui sacra Deum mysteria prisca  
 Scripta voluminibus norit, qui carmina vatum,  
 Et responsa adytis cognoscat reddita sacris,  
 Apperiat, non ignoret ciuilia iura,*

Oratorem multis ar-  
 tibus institutum esse  
 debere, quandoqui-  
 dem oratoria fa-  
 cultas nullam prop-  
 riam materiam ha-  
 bet subiectam: sed  
 circa omniam ar-  
 tium materias ver-  
 satur.

Pontificum leges sacras, diuinâque Patrum  
 Consilia, & quacumque genus mortale iuuare,  
 Et fœdus seruare hominum, sanctûmque tueri  
 Concilium vitæ. & socialia vincula possunt.  
 Sæpe illi vel coniugium thalamique iugales  
 Propositi dicentur enim, vel iura fidésque  
 Exercet quacumque auidus mercator, & illi  
 Sæpius hæredes & testamenta dabuntur,  
 Vel iustè repetenda olim, vel lege tuenda.  
 Plurimus in vitiis sermo, in virtutibus illi  
 Plurimus, ut scelus exagitet, defendat honestum;  
 Tractandum fas atque nefas, tractandâque Diuinum  
 Iurâque, consilium, & quidquid sanctissima suadet  
 Relligio, Christusque iubet: sæpe ille monebit  
 Iratos animos, & mitia corda reponet:  
 Dissidiûmque inter fratres & iurgia seua  
 Componet, dictisque dolentia corda fouebit.  
 Hic quoties belli cupidos, & seua minantes  
 Prœlia sedabit populos! rursusque feroci  
 Compellet stimulo, virésque animosque parabit,  
 Ut ponantque metus, utque horrida bella capeffant:  
 Non raro dicenda illi terræque marisque  
 Officia, & quid pastor agit, quid curuus arator:  
 Nauita quid præstet, quid possint astra morari  
 Promissum officiû, quantû quoque turbidus Auster  
 Impediat, facilem cursum; iactura quid illis  
 Auferat, an proprias merces is debeat alto,  
 Demisisse mari, atque undas placare tumentes,  
 An casus quacumque feret magis obuia possit,  
 Dum trepidat metuens, sine crimine tradere ponto!  
 Non illi medicina vacat quicumque loquendi  
 Artificem sese præstat; nam corpora primum  
 Rettulerit nouisse hominum, quid perferat ipsa

Oratoris facultati  
 omnium artium &  
 negotiorum ratio-  
 nem propositam ef-  
 se ad agendum. has  
 autem artes cau-  
 merat.

Agricultura.

Nauigatio.

Medicina.

Membro.

*Membrorum natura, labor quis commodus illis,  
 Quae regio noceat, quae sint aeraeque salubres,  
 Quae loca conueniat iam cultura relinquere rursus,  
 Quae sedes habitanda magis, calidique solique,  
 Quae ratio, quantum possit medicina iuuare;  
 Quid se posse neget, saepe hinc miracula Christo  
 Admiranda magis demonstrat, multa quoque vita  
 Commoda constituet, multa hinc exempla parabit.*

Medicinae cognitio  
 & virtus Christi  
 miracula multum  
 commendant, cum  
 omnem humani  
 remedij rationem  
 morbi quos ille cu-  
 rabat superent.  
 Vtilis etiam medi-  
 cinae cognitio ad  
 exempla multa ob-  
 seruanda.  
 Architectura.

*Non modicum nouisse etiam conduxerit artem  
 Aedificatricem qua tantum Gracia quondam  
 Floruit, & nostris qua gloria magna Latinis  
 Accessit, dulcis nimium neque inutilis vlla  
 Parte labor, quaeque ingenium mentemque docendo  
 Illustretque acuatque nimis, quaeque urbibus atque  
 Principibus magnum decus addat, & vndique magna  
 Commoda, quae tutos reddat sub mœnibus altis,  
 Securosque pareat somnos, quantumlibet hostis  
 Vicinum statuatur vallumque, armisque animisque  
 Sollicitet turbare, tamen praecinctaque muris  
 Oppida, & excelsis templis & turribus ipsa  
 Mole minas discant hostis contemnere seui.  
 Multaque praeterea sunt artis commoda, vel tu  
 Templata locanda pares, circos, fora publica, portus  
 Persuadere: nihil facies nisi protinus artem*

Architecturae sum-  
 ma ratio.

*Noueris, & quanta humana vel commoda vitæ  
 Continet, atque decus, tum qua ratione minora  
 Maius opus faciantque magis dispendia pulchrum.*

Pictura.

*Illam etiam tibi praecipiam cognoscere partem  
 Artis & ingenij, cui quondam Gracia multum  
 Romaque detulerat laudis, Musisque putauit  
 Esse parem, quae natura speciesque modisque  
 Aemula depingit, mortales fallere sensus  
 Ausa quidem, quae pulchra oculis spectacula promit.*

*Quae*



Quae silvas pingit, tacito quae flumina cursu,  
 Quaque irritantes sitientia pectora fontes,  
 Effringitque hominū atq; Deūm pulcherrima quaque  
 Corpora solerti studio dulcique labore:

Ex pictura multa  
 naturalium rerum  
 cognitio & multa  
 exempla petuntur.

Multa tibi exēpla hinc, multa ornamenta parabis  
 Dicendo; non vlla magis celebrata disertis  
 Ars fuit, utiōrve magis, magis omnibus unquam  
 Sollicitata modis: ut possis credere doctos

Huic simul & parti intentos Musisque vacasse,  
 Tātū opera & Veneris tantū superesse putandum est,  
 Utque vrbes, ut templa Deūm, fora, phanaque semper  
 Ornauit, propriisque dedit fore pulchra theatra  
 Muneribus, sic dicendis concedere rebus

Magna potest ars hęc quondam ornamenta parare.  
 Sape equidem (fateor) dum dicere pulchra frequēter  
 Curarem, cupidusque diu meditata profari,

Rerum exempla auidus peterem, sed plurima passim  
 Obuia damnarem, memini petisse disertum  
 Villegam pulchrē cui pingere numina docta  
 Concessere manu, & magnis virtutibus altum  
 Ornari ingenium voluere, & dulcia cuncta  
 Munera cum suavi vultus grauitate dedere.

Petrus Villegas Hi-  
 spalensis optimus  
 vir, & pingendi pe-  
 ritissimus.

O quanta indē tuli semper quā multa que vitæ  
 Exempla, atque operum formas, rerumque colores,  
 Dum sequor intendēs arti mentēque animūque,  
 Dūmque ipsum intueor multa & praeclara loquentē.

Tandem nulla tibi ratio non cognita rerum,  
 Nulla tuam mentem ars fugiat, quacumque iuuare  
 Officio solet, aut rursus neglecta nocere,  
 Illustratque homines, aut vitæ commoda praestat;  
 Sape tibi occurrent dicenda, saepe probanda;  
 Sape dabunt exempla tuis & lumina verbis,  
 Nec studium praestasse illis operamque pigebit.

Nil

- » Nil adeò exiguum est, nihil aspernabile, quod non  
 » Sit didicisse magis pulchrum, potiùsque beatum,  
 » Quàm falli, cùm fortè petet tibi questio tales  
 » Res agere, aut usus, seu tentans omnia casus.

*Nec nos cuncta tibi hac tamen addiscēda monemus,*

*Aut manibus tractanda damus, sed mente vidēda,*

*Mente reponenda est ratio, ingenioque sagaci,*

*Nosse decet, quid quaq; velit, faciātque, parētq; ars;*

*Vtile quid vitæ efficiat, quæ commoda præstet,*

*Nec labor hic nimium durus quando omnia sese*

*Munera coniungunt cognatis finibus, atque*

*Materia interdum communi, aut denique in ipso*

*Officio socias formas speciesque sequuntur.*

*Nam belli quicumque rudis Martisque cruenti*

*Non fuerit, turmas componere nouerit, atque*

*Iungere equos curru; ferrumque & sulphura tetra*

*Occuluisse caui sciet in penetralibus aris,*

*Et iaculum torquere manu, celeremque sagittam*

*Aptare, atque arcum distentis tendere nervis,*

*Multaque præterea belli instrumenta mouere*

*Doctus erit; sic ferri illi, sic sulphuris atque*

*Nernorum natura patet, sic usque feroces*

*Nouit equos, currusque leues, calamique volantis*

*Signa tenet, multas sic denique concipit artes.*

*Omnia quæ ingenio inuenta, aut exercita quæ sunt*

*Ingenio illustrare datur studioque domare*

*Hæc artes, atque hæc rerum documenta secutus*

*Orator si nostra simul præcepta tenebit,*

*Maxima præstabit vitæ & sermonis habendi*

*Munera; magnus erit dicendo, magnus & usus*

*Viuenti, populósque sibi turbasq; virorum*

*Conciliare prius norit, mox reddere dictis*

*Parentésque sibi, & trahet in sua iura vocatos.*

*Sed*

Non omnium artium  
 exactissimam peri-  
 tiam postulari, sed  
 nullius ignorantio-  
 nem.

Maximam esse hu-  
 mani ingenij vim  
 ad artium cognatio-  
 nem, præsertim cum  
 artes ipsæ plerumq;  
 inter se conueniūt,  
 quod exéplo probat

*Sed frustra quis nostra velit præcepta subire,  
 Frustra omnis labor & studium profunditur omne,  
 Ni memori valeat mentis componere cuncta  
 Conceptu, & retinere simul res verbâque cuncta.  
 Mirandas natura dedit menti que animoque  
 Discendi vires, atque artis abdidit amplas  
 In spaciis penitus sedes, ut maxima rerum  
 Contineat simulachra animus, pluresque figuras,  
 Temporis antiqui historias, longamque dierum  
 Annorumque trahat seriem, momenta sequatur;  
 Et loca cuncta suis spaciis præsentia semper  
 Contineat: fontesque urbesque & flumina, portus,  
 Et quacumque tenet lato imperioque gubernat  
 Aequora Neptunus, scopulos male tuta carinis  
 Freta simul, syrtes; quacumque pericula tandem.  
 Iam verò tot signa poli, totque astra, tot ipso  
 Dispositas calo formas rerumque figuras,  
 Tot numeros viresque tenet, tot nomina totque  
 Pondera, tot rerum species, tot concipit usque  
 Res prisca, & quas paulo conspeximus ante,  
 Ut credas posuisse Deum sedesque capaces,  
 Et loca, quæ mundi formasque modosque tenerent  
 Finibus angustis nimium nimis orbibus artis,  
 Atque adeo hinc artes omnes, hinc maxima vitæ  
 Commoda nascuntur, rerum prudentia nobis  
 Ducitur hinc, quoniam frustra labor omnis & usque  
 Discendi indefessa foret mortalibus agris  
 Cura omnis, si non concessum munere Diuum  
 Mente animoque agitata diu componere certis  
 Sedibus, inde adeo officio repetita fideli  
 Querere, præsentisque olim depromere in usus.  
 Hoc tamen atque alia id generis voluere labore  
 Numina constare assiduo, namque illa veterno*

De memoria, quæ  
omnium rerum &  
verborum thesau-  
rus est.

Memoria laus.

Memoriam cura  
& studio excolendâ  
est.

Pars

*Pars animi capitur nostri magis omnibus una,  
 Et torpet non culta diu, viresque remittit,  
 Angustatque locos, & sedes contrahit omnes.  
 Multa etiam patitur discrimina, saepe senectus  
 Perturbat memorem sensum, posita sique per annos  
 Effigies delet rerum, vel singula certo  
 Membra mouetque loco, & cacis conuoluit acernis:  
 Sape etiam adueniens morbus vim mentibus illam  
 Abstulit humanis, & pigra obliuia rursus  
 Imposuit: vidi qui nomina chara sui que  
 Sanguinis atque sua obliti, perdiscere rursus  
 In teneri infantis morem coguntur ab ipsis  
 Principijs formas, & nomina querere rerum.  
 Tantam animis molem, & tantam contagio labem  
 Corporis adiungit, terrenaque semina miscet.  
 Sed quamuis natura dabit felicia mentis  
 Principia, atque animum facilem, tamē vsque fidelē  
 Sape negat, memorēque diu contingere sensum:  
 Sunt etenim quibus inuitis herere recentes  
 Et res & voces soleant, & protinus adant,  
 Quaecumque exiguo modo percepere labore.  
 Hec tamen & subitus motus mox mentibus ipsis  
 Deicit, & facilis deturbat casus, ut olim  
 Quae molli signata luto traxere figuram,  
 Continuo fugisse solent, residētque soluta:  
 Rursus & illa magis durant, quaecumque notantur  
 In ceris, aut sunt creta commissa tenaci.  
 Sic tarde interdum mentes, quas fingere cura est,  
 Et melius retinere solent, & reddere certum  
 Deposuit, nomenque sibi fecisse fidele.  
 Sive ergo natura sequax penitusque beatum  
 Ingenium tibi sit, Diuūm non spernito dona;  
 Sed gratus, iubeo, agnoscas, cura que frequentis*

Memoriam multam  
 ausis minui.

Solent qui facile capiunt,  
 facile obliuisci.

Pulcherrima similitudo ad facilitatem  
 & difficultatem memoriarum ostendenda.

Sive, inquit, bona, sive minus felix memoria præditus sis, illi semper est excolenda.

Mune-

*Munera commissa exerce, & meliora colendo  
 Effice, neu calum infensum, neu sydera reddas  
 Ipse tibi, neu te dignum cui plura negentur.  
 Siue parum felix campus, salebrosaque mentis  
 Contingat natura tibi, non desere mœstus  
 Fortem animum, sed cura omni assiduoque labore  
 Peruince & steriles campos, fecundaque cultu  
 Redde sola, atque tibi egregiam proponito laudem,  
 Téque para ad pulchram assiduo certamine palmã:  
 Néve minora tibi promittas, Numine dextro  
 Contingent sperata tibi, durumque laborum  
 Et curã, atque animum fortẽ, spemq; astra probabũt;  
 Et se victa tibi subdent, cedentque iubenti.  
 Ergo animum peruince tuum, curãque frequẽnter  
 Admoueas, exercendo & peruiceris omnem  
 Duritiem, nomẽnque tibi per sacula pulchrum  
 Compones, quodque inuideat cui fortẽ benigna  
 Indulfit facillẽ ingenium natura animumque.  
 Multa igitur disce, atque animo concepta reuolue;  
 Atque agita aut sacras Leges, vatũmve sacrorum  
 Responã, & celebres hymnos, & carmina Regis  
 Iessiada, quibus ò quantum sapientia diua  
 Indulfit! quantãsq; & opes quantãsq; parabit  
 Diuitias, quicumque sacris ditescere mentem  
 Carminibus sacrisque paret se legibus aliõ  
 Imbuere, & quæcumque libris sententiã sacris  
 Eruitur, mandetque animo, penitusque reponat:  
 Inde etiam atque etiam repetat, quandoque canendo  
 Hæc referat, quandoque leuet fastidia vitæ,  
 Atque iter imminuat longum, durumque laborem:  
 Hæc memori voluens animo, dulcẽmque camœnam  
 Prouocet, aut si quæ peragenda negotia dentur:  
 Hinc repetat similes species, & commoda rebus*

Pl. Imorum eno-  
 mium & totius sa-  
 cra scriptura quam  
 ediscendam Ora-  
 tori Christiano  
 suadet.

Memoriam rerum  
 quæ ediscuntur mē-  
 ditatione & repe-  
 titione firmari.

Consilia, exemplumque graue, aut contraria gestis  
 Gesta trahat, quae cuncta simul iam conferat, atque  
 Quid pulchrum, quid turpe putat, dignoscere curet.  
 Sic agitata animo & multum repetita parabunt  
 Aeternas in mente domos, semperque manere  
 Gaudebunt, ubi tam grato se excepta probarint  
 Hospitio, inque omnem euentum se commoda semper  
 Prestabunt, referentque operis fructum atque laborum.

Multa etiam alia  
 ediscenda esse, siue  
 prosa oratione, siue  
 carmine scripta sint

Nec non multa tibi sunt ediscenda priorum  
 Dictata, atque animo penitus retinenda fidei,  
 Quaecumque aut prodesse queant, possint ve inuare,  
 Et fructus retulisse olim opera atque laboris.  
 Siue illa incessu plano gressuque soluto  
 Dicta suis grauter fuerint auctoribus, inde  
 Inde pete, & committe animo, quae saepe reposcas.  
 Seu numeris astricta magis, magis & pede certo  
 Procedant, certis parentia legibus, atque  
 Musarum assuefacta modis, sonitusque secuta,  
 Quos Helycon, quos sacra audit Permessidos unda:  
 Haec melius sese insinuant, & mentibus haerent  
 Dulcisonis admissa modis suauisque lepore,  
 Et numeris sese facile associantibus intra  
 Labuntur, mox clausa animo penitusque locata  
 Perdurant, ponuntque sibi gratissima semper  
 Confugia & sedes, iam cedere nescia, sed se  
 Conseruant iisdem numeris, atque ordine queis se  
 Ingressere, nec hinc penitus discedere possunt;  
 Nam si forte aliquid cedat, missoque vagetur  
 Ordine, continuo in numerum reuocabile rursus  
 Cogitur, & socium turba clamante recurrit.

Carmina multum  
 memoriae accom-  
 modari.

De memoria quam  
 Artificialem vocat.

Sed quoniam nil non mortalis tentat egestas,  
 Quaeque negat natura homini, tamen improbus audet  
 Explorare labor, quaedam concedere casus

Assolet,

, Assolet, & veniens tardo experientia gressu.  
 Hæc vada tentare, & vetitos contendere in vsus  
 Mens hominum fuit ausa olim, ingeniumque negatū  
 Fingere, & inuitis componere protinus astris:  
 Et vitia assiduo tamen emendare labore.  
 Quando igitur rara hæc memoris sunt munera mētis  
 Concessa, & locuples rerum thesaurus habetur  
 Haud facile, inuidit quæ homini natura bonorum  
 Plurima; tentatum est animum molimine multo  
 Fulcire, atque opere admoto reparare labantem:  
 Additus arte labor, lustrandoque omnia quosdam  
 Inuenere locos, ubi ponere nomina rerum  
 Et rerum effigies possent, mōxque inde petita  
 Ordine fingeant certo, certaque figura;  
 Sedibus inque suis ponebant singula cauti.  
 Vt si virtutem vellent laudare deorum  
 Progeniem, quæ sola potest mortalibus agris  
 Curas & misera discrimina pellere vita;  
 Solaque post obitum facere & seruare beatos,  
 Atque suos tandem in calum sedesque supernas  
 Tollat, & aternis iubeat discumbere mensis.  
 Primo ergo ipsa loco virtus efficta manebat  
 Inter calicolas, collumque amplexa parentis  
 Illa Iouis, quamque ille volens gratusq; foueret.  
 Parte alia virtus miseris mortalibus astat,  
 Pocula proponens certa & medicamina cunctis,  
 Queis animi curet morbos, curasq; nocenteis  
 Depellat, mox visa sacrum conscendere Olympum,  
 Ducere mortales secum, sacrisq; locare  
 Sedibus, aternasq; illis concedere mensas.  
 Hæc loca sunt libris olim celebrata priorum,  
 Artifici deducta modo, serieq; decenti  
 Disposita; hic rerum series & verba solebant

Antiqui ad artium  
 civilem memori am  
 quedam loca nota  
 obseruabāt, in qui-  
 bus rerum imagi-  
 nes & verborum  
 notas cogitanda  
 locabant.

Exemplum rei in  
 locis ad memoriā  
 parandā dispositæ

De Seneca hoc nar-  
raur.

Ars memoriæ à  
Poeta excogitata:  
amicorum & fami-  
liarisimorum effi-  
gies in mente certo  
ordine collocare,  
resque ediscendas  
illis ordine com-  
mittere. hic modus  
facillimus fuit Poe-  
tae nostro, cui amici  
omnes quos pluri-  
mos haber, nunquam  
memoria neque co-  
tidiano sermone  
excidunt.

Ponere, & ad certos usus repetisse parata.

Hinc aliquis multa extemplo sibi carmina multis  
Audita à pueris retulit, non fallere doctus.

Est aliud genus artificem tibi ponere mentem

Quo possis, nec certa minus dat pignora fidum

Reddere depositum, nec nos ea cura sefellit,

Nam saepe experti officiumque operamque fidelem

Vidimus, in numerum certum quantumlibet usque

Ingentem charos opus est componere amicos,

Nomina grata mihi, & numquam de pectore nobis

Elapsa, atque omni praesentia tempore nostris

Mentibus, hos certa distinximus ordine quondam,

Et serie certa atque notis: tum protinus illis

Quaecumque aut dicenda forent, animo ve tenenda,

Commisi; quibus & verbis, quo ve ordine vellem

Dicere, proposui tacitus sic singula cuique;

Ut facerem mihi praesentem, iamque omnia coram

Differerem, vocesque omnes & caetera fingens.

Atque illum praesentem animo, & mea cuncta notatè

Fingebam, mox discedens seruanda reliqui

Cuncta illi, in proprios usus, aliumque petebam;

Moxque alium, atque alium socium quam plurima velle

Nomina resque animo committere, cuncta parabam

Commisisse suo disponereque ordine charis

Aut sociis, aut cognatis, aut denique amicis:

Sic ubi iam ratio exigeret, vel dicere causam

Religionis apud populum, vel principis aures

Tentare, & rerum molimina ponere certis

Vocibus, aut magno in ludo certamina docti

Sustinuisse, diem totum per stare parati,

Nostraque differere, & multis rationibus usque

Firmare, & contra iaculata retundere tela,

Sensimus hanc artem certam, nec me illius unquam

Poeni-

Magnum ludum  
vocat Gymnasium  
publicum litterarum.



Pœnituit, quare hanc iubeo ne neglige Gaspar.

Damnat Petri Ra-  
uenatis præceptum  
de paranda memo-  
ria, proposita puel-  
læ amatæ imaginē.

Quidam etiam meminisse docens, molitus & artē

Qua mentem firmare queat, multumq; fidelem  
Reddere; præcepit, si quisquam forte puellam  
Ardeat, hanc animo quoniam non deseret umquã,  
Huic rerum meliora libens, huic optima scitu  
Committenda paret prudens, & dulcia fingat,  
Colloquia, atque illi cuncta hæc seruanda relinquat;  
Mox ubi vel ratio vel tempus postulet, illam  
Mente adeat, positumq; petat, queratq; relictum:  
Sed fuge præceptis Gaspar fallacibus umquam  
Parere, & monitis nostris accede rogatus.

Principio non vlla tuos percellere sensus  
Pulchra puella queat, nec dulces pectore flammæ  
Concipias, namq; ingentem tibi protinus ignem  
Prædico: quæq; exiguo scintilla calore  
Prima tibi fuerat, iam magna incendia cordi  
Iam dabit ingentesq; rogos, quosque ipse Typhæus  
Aspiciens leuiora sibi tormenta parari  
Gaudeat, atq; suam sortem soletur. Amorem  
Dei tunc quicumque cupit sapientibus esse  
Persimilis, quicumque sibi reliquisq; parabit  
Prodesse, hanc fugiat pestem seuumq; furorem  
Inuisumq; Deum Musis, namque omnia sacra  
Contemerat, dulcēsque choros cantusq; prophanat,  
Atque adeo quicumque semel fera vulnera sensit,  
Quæq; Amor immisit, quæ fixit tela medullis,  
Prima sui hunc rapiuntq; tenentq; obliuia, nec se  
Perditus agnoscit, patriam charosq; propinquos  
Deserit, & rerum contemnere maxima gaudet;  
Non honor hunc, non diuitiæ, non tangit honesti  
Cura, decus proprium, simul optima negligit usque  
Officia, atq; odit socium meliora mouentem,

Mira & artificiosissi-  
ma Amoris dete-  
ctatio.

Amor memoriam  
rerum omnium  
perdit.

*Atque infantileis lusus curasq; frequentat,  
 Et leuibus totus studiis incumbit, & omnes  
 Deridet, quoscumque iuuat, sapientia, quosq;  
 Et rerum decus exercet, quos Diuaq; virtus.*  
 22 *Tantum adeò refert curas admittere edaces;*  
 22 *Aquæ sinu exiguos fuisse Cupidinis ignes.*  
*Sed quanam poterit ratio, qua forma iuuare,  
 Ut meminisse queat rerumq; atq; ordinis atq;  
 Verborum, quemcumque sui non tangere cura  
 Vlla potest, animumq; miser mentemq; perire  
 Non sensit, puero similis vilissima tractat.  
 Nonne vides quæ iam facies, quis vultus amantis,  
 Quis color atque tremor sit toto in corpore, quando  
 Mente colit charam (sua tristia fata) puellam!  
 I nunc & sensus rerum serièmq; modòsque  
 Verbaq; dicendi atque artem committe puellis,  
 Ut decus omne tibi pereat, plenòque theatro  
 Dedecus ipse tuum prodas, turpemq; pudorem.*

Alia ratio ad parã-  
 dum memoriã ar-  
 tificialem optima,  
 atque certissima,  
 quæ & ad facile per-  
 cipendum, & ad  
 diu retinendum ea  
 quæ percepta sunt  
 conducit.

*Sed tamen ipse tibi possim præscribere certam  
 Discendi formam, & numquam fallentia mentem  
 Dogmata: namq; omnes (fateor) tentauimus olim,  
 Expertiq; sumus, quas quisque ostenderat artes;  
 Cætera sed tandem damnauimus: hanc ego primus  
 Composui, hac usum me etiam sapissimè numquam  
 Pœnituit, certam reperi, semperq; fidelem.  
 Nec mihi præsentem hæc tantum contulit usus,  
 Sed diuturna etiam promittit commoda, namq;  
 Radices in mente locat, faciliq; labore  
 Exiguo & cultu producit cuncta, iubetq;  
 Perstare, æternumq; facit dictata manere.*

Primum huius artis  
 præceptum est, res  
 ipsas ordine dispo-  
 nere, considerando  
 ea quæ rebus secun-

*Principio rerum quas dicere contigit omnem  
 Naturam inspicias iubeo, & primordia prima,  
 Et quæ sint elementa prius dignoscere cura:*

*Mox*

*Mox etiam effectus rerum fructusq<sub>3</sub> reponere,  
 Qui certi, quive incerti, qui scilicet omni  
 Tempore proueniant, qui raro; hæc singula cautus  
 Perpende; & iam quas formas, quaq<sub>3</sub> extera iungat,  
 Associentq<sub>3</sub> sibi, postremo exquirito fines;  
 Atque euenta petas rerum, & proprio ordine cuncta  
 Discute; mox breuib<sup>us</sup> discussa exponito chartis,  
 Ordine quo primum deducta, ac nota fuere.  
 Ergo cuncta tibi semper disponere primis  
 Principiis, atque ad certum deducere finem  
 Pracipio; atque obiter qua sunt cognata locare,  
 Quemque dedit rebus Natura, hoc ordine nunquam  
 Neglecto, certosque modos assuesce parare,  
 Atque viam certam, qua possis querere quidquid  
 Vel ratio dederit, vel fors improuida forsitan  
 Obtulerit, subito atq<sub>3</sub> oblata efferre iubebit.*

*Hæc ubi dispositis comprehenderis omnia formis,  
 Ordine quaque suo componens; verba parabis  
 Dicendiq<sub>3</sub> modos, propriasq<sub>3</sub> aptasq<sub>3</sub> figuras,  
 Queis ornes dicenda; tamen non longius illa  
 Deducas, non obscuris inuoluere pergas  
 Vocibus, & duris nimium; sed commoda semper  
 Quæsieris, & qua cognata vocabula rebus.  
 Namq<sub>3</sub> etiam seruant seriem, seseq<sub>3</sub> vicissim  
 Nomina contingunt, ut res, utq<sub>3</sub> ordine nobis  
 Res olim natura dedit, sic ordine iussit  
 Componi voces ratio, totusq<sub>3</sub> suas res  
 Consequitur dicendi ordo, speciesque genusq<sub>3</sub>,  
 Ut rerum sic verborum: nec discrepat ullo  
 Limite ab indoctis sapiens, nisi nouerit & res  
 Ordine quasq<sub>3</sub> suo prudens distinguere, & idem  
 Iungere, tum voces aptas componere rebus.  
 Hoc igitur sequere, & verbis vestire propinquis*

dum naturam in-  
 sunt, & quæ secun-  
 dum acciderit.

Omnia quæ cog-  
 noscuntur ad rem  
 pertinere, disponē-  
 da sunt paucis ver-  
 bis, & dialectico sty-  
 lo in tabella, deinde  
 eodem ordine in o-  
 rationem exornan-  
 da & amplificanda.

Verborum & figu-  
 rarum ornatus fa-  
 cilis sit, & ad sermo-  
 nem communem  
 accommodatus.  
 Ut inter res ipsas or-  
 do & series inueni-  
 tur, sic inter voca-  
 bula rerum quædam  
 quasi cognatio est.

Propriis vocibus  
maximè uti oportet.

*Res omnes assuesce mihi, & tua doctus habebis  
Munera, nec propria certus priuabere laude.  
Sed si quando alias voces transferre libebit,  
Et propriis te uti semper, iam tadia tentant:  
Scilicet & facias, concedo: sed omnia tandem  
Sunt fines habitura suos, formamq; modumq;  
Et genus & series etiam seruat in ipsis  
Translatis, & certa sequi se nomina iungunt,  
Seq; vocant ipsæ voces, gaudentq; propinquis  
Nexibus astringi, atque solent disiuncta dolere,  
Et mentem vexare etiam discantis, & ipso in  
Tempore deficere, & cassum reddisse laborem.*

Translatis verbis  
quomodo uti de-  
beat.

- ” Sine igitur propriis verbis, seu dicere tentes
- ” Translatis, nunquam naturas desere rerum,
- ” Atque pares rebus voces, & nomina prudens
- ” Compone, hæc iubeo, pulcherrima & optima semper  
Ornamenta tui fuerint sermonis habendi.

Alterum præceptū  
ad memoriam arti-  
ficialem parandam,  
ut quæcumque cō-  
posuerimus propria  
manu, & certis no-  
tis & characteribus  
scribamus.

*Et quoniam totam exhibeo non inuidus artem,  
Quam mihi donarunt Musæ studiumq; labôrque  
Omnia tentanti, præcepta hæc ultima tradam.*

*Quidquid erit, quod tu certa ratione modoque  
Dispositum teneas, atq; his, quas diximus antè,  
Artibus ornatum, hoc propriis describere signis  
Atque characteres proprios depingere discæ:*

De scribendi studio  
& ratione quam  
hoc loco multum  
commendat.

*Imprimisq; & scribendi non ultima cura  
Sui tibi, pingendique notas elementaque pulchra;  
Gratia magna quidem pulchrè scribentibus usque  
Contingit, gaudent omnes laudantque legendo  
Scripta caractere eximio, quales meus olim  
Fingebat, genitor; possunt queis cedere prælis  
Nobilibus quicumque libri excuduntur, & ipse  
Hæc chari monimenta patris, hæc pignora mecum  
Conseruo, Astrorum motus calique meatus*

Benedictus Arius  
poetæ pater scribē-  
di dexteritate ma-  
ximè præditus fuit,  
cuius multa extant  
monumenta erudi-  
tionis plena, & ele-  
gantissimè scripta.

*Scripse-*

Scripserat ille mihi senior, pulcherrima nato  
 Dona, laborque ipsis ipsis quoque pulchrior astris,  
 De quibus ille mihi præcepta probanda reliquit:  
 Non homini vox talis erat, non dulcior ulli  
 Cantus, & ingenium nulli magis dotibus auctum  
 Crediderim, maior fuerat non gratia vultus,  
 Atque manus: quicquid dixisse, egisse pararet,  
 Cedebat facili ductu: testis mihi certus  
 Temignus, Legio Hesperia quo præfule quondam  
 Gaudebat, namque ille mei monumenta parentis  
 Et spectanda olim & cunctis laudanda ferebat.  
 Illi bis duodena dabatur epistola nostro  
 A genitore, notis variis depicta, nec una  
 Alterius, præterquam aut signa aut nomina tantum  
 Auctorem testata suum sub sine, tenebat.  
 Atque adeò iam hæc barbaries quoq; maxima nostris  
 Exulat Hesperius, qua quondam insederat altis  
 Nobilium infelix in mentibus usque laboris  
 Et pulchri studij ignaris: nam turpe putabant  
 Ingenuo vel scire notas depingere pulchras:  
 Tantum adeò valuit mentes inuertere torpor.  
 Attamen (Hesperia melius lucentibus astris)  
 Nobilium iuuenum cessit iam hic mentibus error,  
 Inter & ingenuas artes numeratur & illa,  
 Scribendi pulchrasque notas dignasque Camænis;  
 Quales docta manus nouit depingere Petri  
 Veleij; quales noster Chirofius, actu  
 Gaspar amicitia exemplar, sanctæque mecumque  
 Et decus, & nostræ dulcissima pignora vitæ.  
 Ergo scribendi curam laudamus, & artem,  
 Et Musis dignam sacris, diuæque ministrari  
 Mnemosynes; namque illa solet persæpe iuuare  
 Mentem hominis: didici expertus, cum carmina, cumque

Idem Benedictus  
 poete pater & vo-  
 cis suauitate, & mu-  
 sicæ peritia excel-  
 luit. vultu autem  
 & aspectu dignissi-  
 mo erat.  
 Citæ testem Temi-  
 gnium Legionensem  
 episcopum, qui epi-  
 stolis à Benedicto  
 patre sibi missas o-  
 fendeat.

Damnat maiorum  
 nostrorum iudicium,  
 qui rectè scribendi  
 studium tanquam  
 nobilitati minus  
 aptum reiciebant.

Petrus Veleius no-  
 bilissimus & erudi-  
 tissimus. Ribendi  
 peritiam laudatus.  
 item Ioannes Chi-  
 rofius & nobilis &  
 apprimè doctus, &  
 poeta cultissimus.  
 nec non & Gaspar  
 Veleius ipse.

Mnemosyne. Memo-  
 ria.

*Ipse meis digitis descripsi multa, soluto  
Sermone, ediscenda mihi, populumque docenda  
Christicolūm, pietatis opus, sanctūmque timorem,  
Spemque fidemque, & multa adcō mysteria Christi;  
Ipse meis posui digitis, certasque figuras  
Depinxi, longasque notas, facilesque legendo,  
Distinctasque locis certis: nam gratia magnis  
Multa notis certè suberit, velut ipse notauit:  
Vtilitas nulla exiguis, quas fallere certum est  
Primum oculos, & mox mentem, fugiuntque videri,  
Et breuitate latent nimia, mentique negantur.*

Maiores litteris  
multum iuuari  
memoriam.

„ *Magna igitur pingam quacumque, ediscere curem.  
Hac ubi disposui scriptis, deciesque relegi,  
Herent, & nostra semper presentia menti  
Assistunt; atque ipse liber mihi fingitur intus,  
Et sese ostentat dicenti: utque ipsa legendo  
Pagina versa mihi fuerit, sic vertere sese  
Ipsa solet tacito in corde, ostenditque videndam.  
„Hac ergo memorem mentem certamque, parabunt,  
„Natura constans ordo, vocumque figura  
„Apta ipsis rebus; propriamque, hæc scripta per artē,  
Quam poteris pulchris formis, & saepe relecta.*

Tertium præceptū,  
scripta saepe rele-  
gere.

Summa præcepto-  
rum quæ ad memo-  
riam artificialem  
pertinent.

Parcebas in qua  
Honorati Ianij me-  
moriam cum pluri-  
marum artium pe-  
sita laudat.

*Si tamen exoptas memoris miracula mentis,  
Et cupias animo mortalem excedere sortem,  
Par superis meminisse velis; mea carmina nunquam  
Id tibi monstrabunt: nec enim diuina monemus,  
Nec molimur opus nullis imitabile, quando  
Ingenio id fuerit nostro, nostrisque negatum  
Viribus, & nulli contingere vidimus unquam,  
Præter Honoratum doctum, cui Numina tantum  
Concessere animi virtutum, ac tanta dedere  
Munera, quanta olim tanti decuere magistrum  
Principis, & quæ etiam nullis cognouimus ante*

Exem-

*Exemplis, & qua nostri meminisse nepotes  
 Non poterunt exempla suis sentire diebus,  
 O quoties Mæcenatem hunc miratus ab ipso  
 Sydere, quo tellus pallentes discutit umbras,  
 Donec in occiduo demergitur æquore Phœbus,  
 Officio astantem vidi, cum plurima turba  
 Hunc adit, atq; huius gymnasia docta frequentat,  
 Quiq; colūt Musas, queis sunt sacra carmina cura,  
 Qui studium exercet lingue eloquiumq; disertum;  
 Quosque tuum Phœbe inuentum, medicina salubri  
 Detinet auxilio; quos publica iura forumq;e  
 Exercet, iamq;e astrorum mundiq;e periti  
 Hic orbem, hic maria ac terras metantur, & altè  
 Tempora discutunt, motus quos sydera toto  
 Fixa polo seruent, atque hic quem maxima rerum  
 Delectat Natura parens, causaq;e notare  
 Cogit, & in rebus elementa inquirere cunctis.  
 Hic quicumque modos vocum, qui carmina nervis  
 Aptat, & intonsi pertractat Apollinis artem:  
 Non pictor, non & sculptor, seu marmore siue  
 Aere sacros ducat vultus Diuūmq;e figuras,  
 Et veterum artificum certet superare labores,  
 Hic cessat, non ingenij quicumque probati  
 Laude aliqua nomen pulchrum sumamq;e tuetur.  
 Omnibus ille vacat gratus, cunctosq;e tuetur  
 Officioque fouet docto, & certissima reddit  
 Responſa in quacumque illum quis consulit arte.  
 Iamq; adeò quisquis Diuina oracula sacris  
 Scripta voluminibus celebrat, legesq;e frequentat,  
 Et monitus Diuūm, vatumq;e arcana piorum;  
 Huc conferre solent quidquid didicere legendo,  
 Hinc petere abstrusos sensus, quicumque latere  
 Et fugere humanam mentem ingeniumq;e videntur.*

*Ipsè*

Ipse ego sæpe domum (fatear) miratus, & altum  
 Ingenium, doctusq; magis meliorq; redibam:  
 Unde tibi tantum mentis doctissime Iani,  
 Unde fluens indefesso tibi pectore torrens  
 Dicendi? unde & tot spacium, tot tempora rebus  
 Discendis, quando & Marti bellisq; vacabas?  
 Unde recordandi vires, & cuncta locandi  
 Ordinibus propriis, ut non confusa ferantur,  
 Ut prodas, mox quesitus, non omnia tantum  
 Momenta, & methodos omnes, quæq; artibus insis  
 Materies, sed scriptorum tibi pagina multa,  
 Auctoresq; ipsi toti certo ore citentur,  
 Seu Graio sermone petam, seu forte Latino,  
 Seu Tusco, siue & Gallo? nam plurima lingua  
 Ore sonas facilis discrimina, quæ tibi magni  
 Inuideat. Ponti princeps; namq; ille disertus  
 Bisduodena suis totidem distantia linguis  
 Iura dabat populis quos sub ditione premebat.  
 Hoc ego temporibus modò non imitabile nostris  
 Quod tibi felici donabant Numina sorte,  
 Iani non ullis componam versibus umquam:  
 Hæc superos poscenda puto, non arte petenda.

Ad Mitridatem al-  
 ludit multarum lin-  
 guarum periculi.

De pronuntiatione,  
 cui quidam in oran-  
 do palmam tribuunt.

Sed quid tam longam Gaspar conteximus artem,  
 Tantaq; verborum & rerum præcepta mouemus?  
 Ut quod Musa mihi spacium præscripserat omne,  
 Imprudens penè implerim: & loca parua supersint,  
 In quibus ipsa suos viuens prolatio motus  
 Explicet, & numeros & partes compleat omnes;  
 Queis tantum valet, ut merito sibi premia palmæ  
 Sapius eripiat, nulli concedat honorem  
 Parti alij, iubeatq; omnes & cedere cogat.  
 Se iacet, viresq; suas, queis pectora cuncta  
 Impellat, fortisq; trahat multumq; fatiget;

Donec



Donec peruincat, cogatq<sub>3</sub> facessere, quidquid

Persuadere olim cuperet, votisq<sub>3</sub> fruatur.

Quod si carminibus breuibus non passa doceri est,

Dedignata locum angustum, tempusq<sub>3</sub> modumq<sub>3</sub>,

Et nimis arcta sibi damnet sedilia, rursus

Conueniat, totam tibi quam præscripsimus artem,

Diruere; inq<sub>3</sub> breues constringere cuncta figuras,

Dicta prius quaecumq<sub>3</sub> mihi, totumq<sub>3</sub> parare

Huic operi & spaciū & tempus, describere & artis

Hanc unam potius partem, cui cætera cedunt:

Sed tamen interdum breuibus tentanda putamus

Munera, quasq<sub>3</sub> sibi viuens prolatio partes

Vendicat, atq<sub>3</sub> opere in toto dicentibus ipsa

Commodat, orandiq<sub>3</sub> omnes concedit in usus.

Omne adeò, quodcumq<sub>3</sub> animos impellere tentat,

Atque intus penetrare parat, secretaq<sub>3</sub> mentis

Afficere, externos primum pertingere sensus

Conueniet, namq<sub>3</sub> hi primi mentisq<sub>3</sub> animiq<sub>3</sub>

Custodes, primiq<sub>3</sub> duces, rem protinus omnem

Excipiunt venientem, ad primæ & limina mentis

Admittunt, proprioq<sub>3</sub> parant examine primum

Explorare, nec inuitis tu sensibus unquam

Pertinges hominum mentes: ea munera prima

Scilicet isq<sub>3</sub> labor, primum percellere sensus,

Multiplicesq<sub>3</sub> animi portarum tangere postes;

Et petere hinc ad secreta penetralia mentis

Occultos certosq<sub>3</sub> aditus, & sæpius omne

Pondus, & in causis momenta tulisse videmus,

Si quis permouit sensus, animiq<sub>3</sub> ministras

Prouidus affecit vires, & cedere iussit.

Tantum operis, tantum imperij Natura putatur

Permississe ipsis iam primum sensibus, ut si

Impulsi externis fuerint victiq<sub>3</sub> figuris,

Pronuntiationis  
vim maximam esse  
ex naturali confi-  
deratione ostendit.  
Sensus exteriores  
animæ iactas esse.

*Alliciant penitus mentem, cursuque secundo  
 Deducant, aut expugnent, & cedere cogant;  
 Sed non tam rerum vires & pondera possunt;  
 Non tantum ipsa potest series, non omnia tandem  
 Artis multiplicis molimina pellerè duos  
 Et sensus placare omnes, non vincere tantum,  
 Quantum hac una potest dare iam prolatio, quando  
 Sensibus aptat se cunctis, conatur & omni  
 Parte reluctantes multa peruincere mole:  
 Et nihil aggreditur vanum, nil tentat ineptum;  
 Omnia sed certa & nunquam fallentia tangit.  
 Iamque igitur reliqua occultam pertingere mentem,  
 Secessusque animi internos penetrare fatemur,  
 Atque agere interdum, sed maxima & optima tãdẽ  
 Vendicat una sibi recta hac prolatio causis  
 In cunctis, atque una solet peruincere, quod non  
 Vel potuit res ipsa olim, vel copia fundi.*

Sensus affectu ma-  
 gis quàm ratione  
 expugnari.

Rationes & argu-  
 menta ad intellectum  
 vincendum parantur  
 affectus ad sensus  
 permouades, qui  
 quidem affectus  
 pronuntiationi  
 ferunt.

De voce.

*Primum igitur vox ipsa tibi formanda paretur  
 Que motus anima internos, qua verba refert  
 Sola potest, nec enim sine voce hac dicere quicquam  
 Continget, velut illa animi meditata per auras  
 Atque agilis penetrat spaciis distantibus aures  
 Interpres Diuini atque hominum, sacra munera magni  
 Mercurij, apta hominum socias coniungere turbas.  
 Hanc igitur qualem dederit Natura, videndum est;  
 Nam variis olim formando sinxerat ipsa  
 Nos omnes natura sonis, & dispare cunctos  
 Gutturis disparibusque dedit sonuisse figuris.  
 Hic grauiore quidem sonitu, ast hic præstat acuto;  
 Hic magis obscuro, claro hic, at flectitur ille  
 Et medias rumpit voces, & deficit; ast hic  
 Perpetuo ductu perduxerit integra vocum  
 Munera: iam mollis vox quedam fœmineumque*

Vocis natura, for-  
 matio & vis.

Vocis variã  
 natura.

Perfò-

*Personat; aut trepidans pueriles concitat ictus:  
 Sunt alia & vocum discrimina, siue canendo  
 Seu sermone velis sonitus discernere cunctos:  
 Hac quoniam variè affectis de partibus edit  
 Natura, atq; omni non idem spiritus ore  
 Ducitur, in varias diduxit saepe figuras.  
 Adde etiam quòd saepe solet collapsa perire,  
 Aut mutata alias prorsus inducere formas;  
 Cumquè graues veniunt morbi, cum membra vigorè  
 Amittunt, variatquè atas, tristisq; senectus  
 Accedit, vitæ & ratio, & fors ipsa colendi  
 Permutata trahit diuerso pondere voces:  
 Cunctaque vertentes anni rupere sonoros  
 Vocum aditus. Hac cuncta tibi quæ dicta monemus  
 Contemplator ages tecum, & curanda parabis  
 Atque usu reparanda suo, & quid quaque recusset,  
 Et quid quaque ferat ratio, cognoscere tenta:  
 Iam sequere, & vires ipsas, qua ducere gaudet  
 Natura, & proprio numquam de limite vocem  
 Depellas, nec enim facile in longinqua vagatur  
 Aut aliena suis fert munera viribus, & si  
 Cogatur, perit infelix discrimine in ipso,  
 Turpiter & cedens fructum disperdit agendi.  
 Quam verò natura dedit, seu tempora vocem,  
 Hanc sequere, & prudens exerce: plurima ab usu  
 Vis etiam voci accedit, multumquè iuuari  
 Assolet, euentumquè potest assuescere in omnem.  
 Multa tibi formanda quidè & dicenda monemus,  
 Et tecum meditata olim, repetendaquè, donec  
 Prospicias propriae quæ sint tibi munera vocis,  
 Et lapsus vites cunctos, alienaque prudens  
 Abiecias, proprias vires, propriumquè sequaris  
 Munus, & in rebus nunquam fallentia vocis*

Voci accidentia.

Vocis naturam fe-  
 qui oportet, non a-  
 liam vocem imi-  
 tari.

Vocem assuescien-  
 dam esse, & multo  
 vlt examinandam.

*Pondera, quæ certa penitus correxeris arte,  
 Ut facile affectus omnes, meditataque mentis  
 Explicet, & flexus varios sonitusque modosque,  
 Atque tonos præstet, munus quoque compleat omne.  
 Vox aliena tibi non unquam imitanda petatur;  
 Nam grauitas & tota perit tibi gratia fandi,  
 Nec res ulla magis suspectam prodidit artem.*

Verborum pronun-  
 ciatio integra esse  
 debet.

*Sed neque cura minor fuerit tibi cuncta referre  
 Verba, modosque omnes & partes integra prorsus  
 Omnia nec cursu propero concisa, nec usque  
 Affectata halitu moueant fastidia lento:  
 Sed deceant, mediumque modum certamque figuram  
 Contineant, & res ipsas motusque sequantur,  
 Atque animi affectus, & cunctas protinus aures  
 Integra perueniant, neque quemquam murere fraudet.  
 Iamque adeo nutusque animi, quosque induit intus  
 Mens habitus, atque affectus seruare memento:*

Vox ad affectuum  
 rationem varianda  
 est.

*Atque ministerio vocis sonitusque referre  
 Siue iram, siue ostendas tua gaudia, seu tu  
 Fortè metus refras trepidos, tristémve dolorem;  
 Spemque, minasque truces, aut flectere iudicis iras,  
 Et lachrymas mouisse pares, miseratque tentes  
 Pectora, quacumque aut mentes turbare quietas  
 Ipse velis, proprio sonitu, propriisque moueio  
 Vocibus, atque suis quas seruant omnia formis:  
 Nam qui perpetuo sonitu similisque legenti  
 In ludis puero pronuntiat omnia, nunquam  
 Sollicitum faciet quemquam, in sua vota que ducet.  
 Namque alius tristi est sonitus, aliisque dolenti,  
 Incensos animos ira ferientia vocum  
 Fulmina truxque decet properato spiritus ore;  
 Non eademque rogans pronuntiat, atque rogatus;  
 Non admiranti est eadem, ridentibus atque*

Vocis varietas pro  
 ratione affectuum.

Vox

*Vox eadem, sua quemq̄ decet faciesq̄, modusq̄,  
Verborum & vocis, grauior, vel acutior an sit,  
Flebilis, an lata ac mollis, sedata furensue,  
Ipsa dabit rerum ratio causaq̄, figura:*

*Quemq̄ habitum Natura petat circūspice prorsus,  
Et similes vocum resonent habitusque tonique,  
Atque adeò, vt breuibus possis hæc cuncta doceri,  
Nosque artem penitus fugiamus prodere longam;  
Hoc semel admoneo præceptis maius & arte:*

*Scilicet vt numquam dicendo fingere discas,  
Nec referas aliena unquam, tua sint tibi cuncta,  
Quidquid agis, vel quã causam tibi quisq̄ patrono  
Credidit, hæc statuas propriam, tua commoda crede,  
Vel tua damna, vel inuisum certamen honoris,  
Vel capitis pellenda tui discrimina, quidquid  
Suscipias accusator, cupiasve tueri,  
Concipe tu veras curas, verumq̄, dolorem,  
Spemque metumq̄, tuum facito, propriosque furores  
Assume, aut miseros animosque reique figuram  
Indue, vt insensi deflectas iudicis iras:*

Præceptum sepe  
repetitur, vt nihil  
fictum aut simula-  
tum sit.

*Præscribet Natura tibi variantia vocum  
Munera, & ad cunctas dicendi commoda partes,  
Cum tibi tu proprias discas præscribere causas,  
Et veros edes gemitus, qui rumpere possent  
Vel silicem, vel & indomitos flexisse leones.  
Et molles vocum sonitus suauemque tenorem  
Elicies, queis mollire & peruincere dura  
Pectora, & in proprium possis perducere votum.  
Atq̄, utinam tales habitus similemq̄, figuram  
Induerent, quicumq̄, sacris per pulpita rebus  
Incumbunt; utinam proprias fecisse liberet  
Christe tuas causas, quòdque illis creditur alma  
Religionis onus, non tantum pectora vulgi*

Naturam spontè  
sequitur vocis  
modus.

Hortatur verbi G.  
eri concionatores  
ad veros affectus  
concupiendos in ra-  
tionis causis.

Dura forent, non tam multis sermonibus heu tãms  
 Exiguus fieret fructus; feruentior esset  
 Mens hominum, pietas maior, maiorque teneret  
 Relligio populos, & turba frequentior altum  
 Percoleret virtutis iter, felicior iret  
 Vita hominum, neq; tanta forent dispendia gentis,  
 Pro qua supplicium durum mortemque cruentam  
 Nate Dei summi, & lignum crudele subisti:  
 Sed quod turpe foret priscis orantibus in re  
 Exigua, hoc isti affectant, seseq; videri  
 Vel doctos cupiunt nimiumq; artiq; peritos,  
 Artis inertis, ut hanc damnet vel scurra, vel omnis  
 Histrio; nam tepidè dicunt, quacumq; referre  
 Mentibus incensis deceat, iam rursus & iras  
 In leuib; simulant rebus, mentitaq; produnt  
 Ora, manus, vocemq; alienaq; mentibus esse,  
 Dicere quacumq; incipiunt, studioque loquendi,  
 Non tamen orandi studio rerumve teneri.  
 Unde fides leuior vero, & reuerentia Diuùm  
 Usque minor sequitur, semper decrescit & ipsa  
 Relligio, & virtus, rari in virtutis amorem  
 Incensos animos referunt, odium quoque rari  
 In scelus & vitium, scelerataq; crimina prorsus  
 Concipiunt, cunctique velut ad carmina tendant,  
 Et melicos audire modos, diuina frequentant  
 Tempa: nec est alius sermo redeuntibus illinc,  
 Quàm conferre modos dicendi, & verba sonumq;  
 Dulcius expressa, aut longè repetita loquenti;  
 Utq; alius superetq; alium, meliusq; sonando,  
 Et motu, & gestu, & manibus pronunciet, utq;  
 Gratia rara vel inuentis, vel vocibus, atq;  
 Copia verborum quanta est, sine pondere inanis,  
 Scilicet hæc secum populus iam discutit omnis,

Deplorat vulgi ra-  
 tionem & iudicium  
 de factis concioni-  
 bus, quorundam cõ-  
 cionatorum culpa  
 fortasse.

Qua curare suos creditq<sub>3</sub>, videtq<sub>3</sub>, magistros;  
 Quaq<sub>3</sub>, videt multo studio ostentanda parari.  
 Namq<sub>3</sub>, & verborum artifices sese ipse vicissim  
 Appellat, chorus orantium, fabrósq<sub>3</sub>, loquendi  
 Dicere saepe solent sese, gaudentq<sub>3</sub>, vocari:  
 Tantum simplicitas humanis cordibus olim  
 Exulat, atq<sub>3</sub>, animos pietas sacrata reliquit.  
 Huic vos ergo malo & dámnis occurrite tantis  
 Pastores ouium sacri, quibus ipse regendos  
 Commendat populos pastorum maximus ille  
 Nazarides, curámque gregis commisit agendi.

Christianos pasto-  
 res appellat, postu-  
 latque ab illis vt  
 quám optimos con-  
 cionatores in suis  
 ecclesiis constitua-  
 dos diligenter cu-  
 rent.

Martine egregium nostri decus ordinis, & quem  
 Pontificem felix sortita Segobia, cui iam  
 Inuidet ipsa prius felix Guadixa, doletq<sub>3</sub>  
 Praeceptore suo priuata & praesule tanto,  
 Praesule, cui ingenio nuper Mahametus acuto  
 Cessit, & indoluit nullas erroris iniqui  
 Reliquias superesse animis ac gentibus illis;  
 Quas prius ipse suas habuit, quas numine dulci  
 In nostrum pridem Christus reuocarat ouile;  
 Non bene dimissis tamen has erroribus ipse  
 Conspicis, & primos, queis sunt imbuta, liquores  
 Pectoribus purgas teneris, sacrumq<sub>3</sub> probatæ  
 Religionis opus documentaq<sub>3</sub>, certa reponis.  
 Te quantum pietas, quantum sapientia, quantum  
 Doctrina atq<sub>3</sub>, usus rerum, & prudentia Diua  
 Exornet, quantis cumulent tua pectora semper  
 Dotibus, & quantum exemplo sermoneq<sub>3</sub>, possis,  
 Publica res testatur enim, quàm multaq<sub>3</sub>, rerum  
 Euenta, atq<sub>3</sub>, viri innumeri quibus ipse probari  
 Sape soles magnis celebratus laudibus usque.  
 Te Latiae gentes pridem, te Gallica turba  
 Mirata est, te laudauit Germania, quando

Martinus Aiala  
 Guadixensis quon-  
 dam, nunc vero Se-  
 gobiensis episcopus,  
 ordinis nostri vir,  
 qui tandem Valen-  
 tinus Archiepisco-  
 pus creatus est.

Concilio intereras sacro, quod prisca Tridentum  
Christicolūm populo rebusq<sub>2</sub> petentibus ipsis  
Romano dictante etiam pastore cōegit.

Hic tua laudata est cunctis sapientia, & altum  
Concilium, & magna doctrina munera tanta,  
Queis vix sufficerent multi, seu pondera rerum  
Iusta perpendas trutina, seu verba modosq<sub>ue</sub>  
Explicuisse pares, quibus hæc mysteria Diuūm  
Observata latent; Syria vel voce sonandum,  
Hebræo aut sermone foret, superumq<sub>3</sub> loquelis:  
Attica seu quando petitur facundia, libros  
Expositura nouos, leges, monumentaq<sub>3</sub> Christi,  
Unus eras cui cuncta simul præstare daretur.

Et tu quem dignis gradibus prouexit ad ipsum  
Pontificale decus virtus spectata per omne  
Consilij exemplum, & rerum ingeniumq<sub>3</sub> disertum,  
Valtodane meum à puero & post fata parentis  
Præsidium, doct. s<sub>que</sub>que viris laus magna bonisq<sub>ue</sub>,  
Quem nuper gaudens magno Pallantia plausu  
Electum auspiciis faustis & sorte beata  
Audiit, accusatq<sub>ue</sub> moras, & tempora dicit  
Longa nimis, quæ te absentem sua vota morari  
Compellunt, optat peplōque ostrōque videre  
Conspicuum, & sacra redimitum tempora mitra,  
Dictantem leges iustas diuinaq<sub>ue</sub> iura  
Inter sacrificiōsque viros turbamque peritam,  
Qua non vlla usquam Hesperiiis est cognita regnis  
Docta magis, nulla ad sacras aut aptior aras:  
Te comitem ferro armatum gladiōsque vibrantem  
Iam spectare cupit multum Pernia fidelis,  
Te duce iam nullos hostes nec bella timere  
Vlla potest; tantum hos ferro seruabis & armis,  
Quantum consilio atque fide officioque seueri

Christophorus Val-  
todanus ex sacro  
Inquisitorum sena-  
tu episcopus Palan-  
tini electus Co-  
mes Perniæ.

Pallantini sacerdo-  
tes eruditi.



*Indicis, atque pij patris seruare fidelem  
 Ipse soles populum Christi, quem vera perornat  
 Relligio, quem tu turpi defendis ab hoste,  
 Qui puidas hominum mentes & pectora vulgi  
 Simplicita indoctis dirisque erroribus vsque  
 Vulnerat, & Stygio gestit turbare veneno;  
 Unde animos aeterna subit mors, tristiaq; orci  
 Nec repetenda unquam tranantur flumina multis.  
 Iam patere exiguaſq; moras, & tempora cede  
 Longa tibi certe docta ô Pallantia, donec  
 Consulat, & rebus magnis imponere finem,  
 Et populos sedare queat, tristeſq; procellas  
 Mentibus excutiat multis, iubeat que quæta  
 Viuere corda hominum nullaſq; timentia fraudes,  
 Quas ferus in nostras inuexit Lutherus oras;  
 Lutherus immane ostentum, nostrique ruina  
 Temporis, Eumenidum soboles & filius orci.*

Apoſtrophe ad  
Pallantiam.

*Nec tu Cuesta minus nostris venerãde Camænis,  
 Quo præceptore obscuros mihi voluere libros  
 Contigit, & Scoti densas penetrare tenebras,  
 Et dulcis duro decerpere cortice fructus;  
 Tunc mea Complutum felix te Cuesta videbat:  
 Te nunc Hispana hæc Legio, regna inclita quondã  
 Armorum studio & multis celebrata trophæis,  
 Te fruitur rectoro pio, te præfule felix  
 Relligionis onus gratum, iuga dulcia Christi  
 Sustinet, atq; tuis monitis sine pondere perfert.*

Andreas Cuesta Te-  
gionensis episcopus  
Poete in scholaſti-  
cis disciplinis præ-  
ceptor.

*Hoc ergo prohibete omnes, occurrite damnis  
 Christicolùm, populis & quæ bona semina vestris  
 Sparguntur, purgate precor, multoq; probate  
 Iudicio; ne quid pereat, pars nullaque sancti  
 Vana cadat verbi, & fructus disperdat amœnos;  
 Et sterili iactû vacuas ne compleat anres:*

Redit ad instituta  
postulationem.

*Hoc agite, & grauius vestris edicite templis;  
 Si vos sancta tenet pietas, si commoda tangunt  
 Vlla hominum, si sancta mouet reuerentia veri,  
 Hoc mihi praesul agat cunctus, Christi q<sub>3</sub> fidelis  
 Pastor, & in sacram quicumq<sub>3</sub> edicere gentem  
 Iura solet, mores rigida & formare grauique  
 Lege potest, atq<sub>3</sub> ad normam reuocare probandam.*

*Hoc doceat, quicumq<sub>3</sub> sacri mysteria verbi  
 Explicat, instituitq<sub>3</sub> alios, verbiq<sub>3</sub> ministros  
 Praeceptis format doctis, arcana librorum  
 Quaeq<sub>3</sub> voluminibus clauduntur condita priscis,  
 Exponit; qui monstrat iter, singitq<sub>3</sub> futuros  
 Sacri Oratores verbi; quo munere prisca  
 Andorise iactat sua pignora maxima Cannum,  
 Cannum dulce mihi nomen, Legionis amœna  
 Splendorem, magnumq<sub>3</sub> decus: namq<sub>3</sub> ille docendos  
 Suscepit iuuenes sacros, turbamque piorum,  
 Quos olim sacra templa habeant, quos cura tenebit  
 Religionis, & in populos sacra semina multos  
 Effundent, quae nunc animis & pectore puro  
 Concipiunt, admirati quam maxima linguae  
 Gratia Canne tibi, seu Graeco siue Latino  
 Incipias sermone sacras exponere chartas,  
 Siue Abraham eo potius fuit ore sonandum:  
 Nam nihil ignoras, nec te fugit vlla loquendi  
 Regula, quae officio possit conferre fideli.  
 Quid referam rerum quanta experientia, quanta  
 Copia doctrinae varia, quam multa sorores  
 Castalidumq<sub>3</sub> chorus dederint tibi dona benignis  
 Haustibus, & puro recreent de flumine doctum  
 Pectus, & admittant quacunque ad sacra clientem?  
 Anne alius cum virtutem laudare parauit  
 Affectu maiore calet? cum crimina saeva*

*Impro-*

Eandem rem poscit  
 pios & doctos sa-  
 crorum librorum  
 expositores.

Ioannes Canus  
 Andorifensis Legio-  
 nenfis Canonicus  
 & sacrarum scrip-  
 turarum professor.

*Improbat, anne alius crimen vehementius odit?*

*An pro diuinis rebus certare paratus*

*Quis magis esse queat, vitamq; impendere vero?*

*Quippe tuam causam credis, tua commoda Canne,*

*Quas res cumque paras verbis tractare disertis.*

*Inde ardes vero affectu, verisque loquendo*

*Vocibus incendisque animos, meritumque reportas*

*Ingenuique viri nomen, iustique bonique,*

*Quo te omnis chorus appellat, qui templa frequētat*

*Pulchra ista, & tecum sacras operatur ad aras.*

*Induet affectus similes, propriamque putabit,*

*Præceptum repetit.*

*Quisquis aget causam sacram, Diuinamque rerum*

*Suscipiet momenta sibi, si numinis vlla est*

*Aut pietas, aut tantarum reuerentia rerum:*

*Et cura maiore etiam dicenda parabit,*

*Quam si pro propriis subeat certamina rebus,*

*Et proprias agitet causas; quantoque minora*

*Diuinis humana putat, tanto usque calore*

*Ardeat ille magis, qui Diuim suscipit vllam*

*Materiem veris peragendam vocibus, atque*

*Affectu maiore animos pertentet inertes.*

*Quem vocis dabit ipsa modum Natura, per arte*

*Vocis naturam arte  
iuuari.*

*Fingimus in melius, nam sunt præcepta sonandi;*

*Vt tibi si vehemens eruperit impetus, illum*

*Temperet ars, certum iubeat seruare tenorem,*

*Et flecti in varias species, habitusque per omnes*

*Fortunæ affectusque trahi, ut vox ipsa loquatur,*

*Et sine verbo etiam conceptus indicet omnes.*

*Voce sola affectus  
produuntur etiam si-  
ne verbis.*

*Quippe hoc in mutis cernas animantibus; illis*

*Pro sermone dedit vocem natura, dolorem*

*Latitiamque, iras, sauosque cupidinis ignes,*

*Et pietatis adhuc speciem affectusque parentum,*

*Et quaecumq; animæ turbamina fundere norunt.*

*Bruta animalia vo-  
ce affectus suos in-  
dicant.*

*Ast homini sermo, Diuinæque munera linguae,  
Verbæque concessa humanæ dulcissima vita  
Vincula, quæ occultos motus, animique recessus  
Affectusque omnes referent, quæ singula monstrant  
Momenta, atque omnes partes, communia iungant  
Officia, & poscant, capiant reddantque vicissim.  
Præterea nihil ad doctas fuit aptius artes;  
Hoc aditus pandit sacros dicentibus, inque  
Intima doctrinæ prorsus sacraria ducit,  
Atque latens verum penitus per viscera mundi  
Rimatur, claræque in luminis eruit oras.*

Humani sermonis  
laus.

Ut vox cum ratio-  
ne & cum voce ora-  
tio congruat.

*Hæc igitur formanda simul sociandaque eiusdem  
Legibus, ut vocem sermo non deserat ullus,  
Nec vox sermonis faciem momentaque fallat:  
Sed sibi ad officium concurrat utrumque vicissim;  
Nec quicquam simulare decet, nec fingere falsum.*

De totius corporis  
& membrorum ge-  
neris & habitu.

*Interea caput atque humeri totumque mouetur  
Corpus agentis, & ad vocem conceptaque mentis  
Adiungunt sese, & vario per singula gestu  
Cernuntur, sed & ipsa loqui verbisque ministras  
Ferre vices animam motumque afferre videntur.  
Quippe mouet cunctas partes, atque omnia cogit  
Membra animus seruire suis affectibus, ut iam  
Non eadem facies, non idem corpore toto  
Gestus in iratis, nec motus tristibus idem,  
Non eadem metuentis erunt spectacula, totis  
Artibus ille tremit: sed qui bona nuntia lato  
Percepit vultu, gestu quoque dispare gaudet.  
At miser ingenti confectus saepe dolore  
Cum gemitu propriam in speciem gestumque mouetur.  
Hæc caput imprimis variat, pars optima nostri  
Corporis, atque animæ regnum sedesque superna.  
Nam quoties animus variisque agitata procellis*

Capit.

Conclu-

Concutitur mens ipsa, prius sua regna fatigat,  
Et primas turbat sedes; moxque incipit ipsum  
Iudicio caput internos ostendere motus:

Annuit, aut renuit, vel protinus innuit, iras  
Ostendit, iurat, minitatur, singula motu  
Prosequitur vario, signisque loquacibus ornat.

Nec tamen id crebris sine crimine motibus unquam  
Concutitur; namque aut stulta sunt maxima mentis  
Indicia, insanique hominis nullo ordine, nullo  
Iudicio vertisse caput; motuque frequenti  
Perdere dicendi Veneremque, modumque, fidemque.  
Ut res, sic rerum comites educere motus

In motibus capitis  
modus exigitur.

- Conueniat; vocesque sequi affectumque loquendi,  
» Arte opus est, & iudicio, quod temperet ipsam  
» Naturam, quod compositos ferat undique motus:  
» Nec studiosa nimis, nimis aut neglecta docebunt.

Maxima vis oculis, & gratia maxima cedit;  
Nulla adeo magis aut certis ostendere signis  
Fortunas habitusque potest, momentaque mentis  
Pars nostri. Hinc sese effundunt bona gaudia, tristes  
Mærores, iraque truces plenaque minarum,  
Spesque metusque etiam trepidi, sanique dolores.  
Hac pars sola potest celatum proderere amorem;  
Et quacumque solent mentes turbare quietas.

Oculi.

Quippe animis nulla nostris coniunctior est pars,  
Nulla quoque ut plures admittit ad intima formas,  
Et rerum species agit in penetralia plures;  
Queis anima iudiciis agitur, penitusque mouetur;  
Sic nulla aut plures motus, pluresque referre  
Affectus valet occultus, & proderere mentis  
Arcana, & quicumque latent moresque habitusque.

Quod si dicendo tua commoda cuncta putabis  
Damnaque fortunaque omnes ut sæpe docentes

Præceptum repetit  
in quo omnia pro-  
nuntiationis præce-  
pta conueniunt.

*Præcipimus, mox ipsa oculos formabit agentis  
Natura, atque sequi mentemque habitusque iubebit  
Internos, & conuenient cum vocibus ipsa  
Lumina, conceptos motus educere prompta.*

*Si verò affectus nullos tu concipis intra  
Pectora, sed fictos habitus simulatæque verba  
Comœdam penitus faciem meditaris agendi,  
Tunc tibi maiori cura studioque cauendum,  
Ne mentita animum varient tua lumina vultus,  
Et prodant artis studium, momentaque vana.  
Namque cadunt male compositi nec mentibus imis  
Herentes rerum affectus, nec ficta per omnes  
Signa animus potis est semper producere partes.*

Manus digiti bra-  
chia.

*Ipsa etiã manus & digiti, & duo brachia multis  
Vsbis esse solent dicentibus, omnia namque  
Persequitur manus ipsa animi meditata, nec vlla  
Pars hominis festina magis, magis aptæue multis  
Officiis, non ad vitam magis utilis vlla est;  
Unde tot articulis, tot flexibus annuit illi  
Versari Natura parens, inque omnia motus  
Direxisse loca, & partem prætere in omnem,  
Seu suprema velit rerum, siue infima rursus,  
Sine vtrumque latus, siue anteriora petisse;  
Posteriora etiam, seu deuoluatur in orbem;  
Omnia concessum contingere, & ipsa loquentis  
Affectus vocésque simul comitatur, & vna  
Vocis habetque vicem certam, munusque loquendæ  
Usurpat, nec clara minus, nec certa, minisue  
Intellecta, procul socium solet illa vocare,  
Cuius se motas vox non peruenit in aures:  
Consulit illa fugam sociis distantibus, illa  
Dimittit puerum, concedit & illa, negatque,  
Blanditur, placatque minas, & concitat iram;  
Atque*

Manus officia mul-  
ta.

*Atque animos agit at, iuuenésque in prælia trudit,  
Et reuocat, pellitque simul, vel sistit euntem.*

*Denique non ulla est humana motio mentis,*

*Quam non priuatis signis manus una sequatur.*

*Atque adeò populis cunctis spaciūque per omne*

*Terrarum, & sonitus varios, per munia lingue*

*Diuerſa, una omnes manus exercetur in vſus;*

*Et cunctis eadem mentis momenta viciffim*

*Explicat, ac veluti sermone ostendit eodem.*

*Ergo cura tibi hanc fuerit componere ad omnes*

*Dicendo affectus, animi ac meditata mouere,*

*Siue roges, referásue aliquid, seu maxima queque*

*Admirere, neges, concedas, denique quidquid*

*Ostendisse pares, vel commemorasse docendo,*

*Hoc manus ipsa loquax referat, virésque ministret,*

*Et Venerem & lucem dictis, atque excitet ipsum*

*Quo tibi cum res est, prætorem, siue theatrum.*

*Sed fuge ridiculos motus nimiosque loquendo*

*Corporis atque manus, stultam testantia mentem,*

*Momenta, & crebros concussus verticis, atque id*

*Imprimis vitium iubeo vitare memento,*

*Ne referas mimi saltus, ne brachia rebus*

*Omnibus aptaris, tantumque tua exprime doctus,*

*Quacumque afficiant mētémq<sub>3</sub>, animumque quiete*

*Deturbare sua soleant: sed non tamen omnes*

*Exerce motus, non omnia verba sequatur*

*Officiūve manus, vel corporis impetus ardens,*

*Nec tu, si gladios memoras, celeresve sagittas,*

*Fusa venena, necem illatam, vel flagra fugamque,*

*Aut imitère fugam pedibus, gladióque ferire*

*Te ostendas, non extentas torquere sagittas,*

*Nec flagris quemquam cadas, gladiūve minantem*

*Non referas, neu mortiferum prabere venenum.*

Temperamentum  
motibus adhibea-  
dum esse.

*Hac dixisse satis, verbisque agitasse superbis:  
Sed retulisse modis scena vetat ipsa decere  
Lex operis, grauitasque loci, & natura loquendi.  
Arte opus est & iudicio; nam finis agendi  
Persuadere fuit, non ludere, & acta referre:  
Inflammasse animos dictis & motibus, at non  
Vsq̄ue theatrales formas & scenica semper  
Edere ridendo populis spectacula motu.*

Stotus quidam mi-  
nus decentes.

*Adde etiam quòd sacratis expellere templis  
Multa ueli, nãque & manibus cõplodere, stultũ est,  
Et tamẽ id nimũque frequẽs, nimiumque receptum;  
Et sese in summos digitos extollere, toto  
Corpore contremere, mentiri saepe dolorem  
Iliacum, laterique manu succurrere lassõ,  
Sicui Natura indulset ve dolorũe, laborũe,  
Non tamen ars vnquam vitium permiserit ullum  
Affectare, sed id condemnat quisquis agendo  
Inuitus patitur: sed cur non damnet ineptus  
Sectator, sed ut ad vitium se accommodet omne,*

» *Non ad virtutes dicentis! fallimur omnes,*  
 » *Et facillẽ à veri specie, & grauitate modõque*  
 » *Ad leuiora gradu prono properare solemus.*

Peroratio totius o-  
peris.

*Hec tibi, dum facilem ac dulcem vi carminis artẽ  
Ipse paro Gaspar, studio properante canebam:  
Qua primũ modulata mihi atq; incepta, ubi nostrã  
Gaspar amicitia dulces decerpere fructus,  
Et sociam licuit pariter coniungere vitam:  
Nunc spacia immensa, alterius longissimus orbis  
Tractus, & occidui, nunc hospes Solis utrumque  
Separat Oceanus, studioque incendit amico;  
Et nunc cura tui Gaspar tenet anxia, pectus  
Oppressura meum, donec te sospite nobis  
Contingat dulces iterum decerpere fructus,*

Et



*Et presente frui possim te Gaspar amico.*

*Annuite his nostris ô vos pia Numina votis,  
 Diua maris sydus, mundi lux maxima nostri,  
 Quæque soles tempestates sedare sereno  
 Lumine, & incolumes pelago traducere nautas.  
 Per sacram te nos prolem dulcissima cali  
 Pignora adorantes petimus, votisque precamur,  
 Redde animum pia virgo mihi, miserere laboris,  
 Et lachrymas compesce meas: sociumque fidelem,  
 Quem tam longe oculis nostris terrisque remotum  
 Vocibus assiduus curaque ardente petitum  
 Esse vides nobis, hunc tu mihi Diua vocata  
 Redde precor, laudesque tui dulcissima vatis  
 Admitte, & que dona tuas promittimus aras  
 Ornatura, tuum auxilium testantia semper.*

*Tuque adeo nostrasque preces studiumque iuuito  
 Aluare Lugue anima semper pars optima nostra,  
 Namque etiam te Gaspar amat, tu Gaspare amico  
 Usus eras, grato cum te mea pulchra tenebat  
 Rupes, Musarum secessus, grataque utrique  
 Lugue tibi & nobis sedes, & grata Camœnis:  
 Nunc nobis viduata vacat, dum munera sacrae  
 Ipse ego militiae Diuinaque castra frequento,  
 Atque Iacobæos enses studiumque sacrae  
 Religionis, & ingenuas colo Lugue phalanges:  
 Tu verò in siluis & montibus Aluare amœnis  
 Abditus, ætheream meditaris ducere vitam,  
 Atque parem superis exoptandamque quietem,  
 Intentus sanctisque libris, studioque sacro  
 Arcanas voluis chartas, & numina semper  
 Alloqueris, gratoque fœues tua pectora fructu  
 Semper; ut & curas hominum contemnere discas,  
 Atque tuam sortem laudes, & munera vitæ*

Rogat Aluarum Lu-  
 gum amicam & Ru-  
 diorum suorum so-  
 cium ut pro Gaspa-  
 ris reditu preces ad  
 Deum fundat.

Habet Poeta seces-  
 sum amœnissimum  
 in Rupe quam Alu-  
 giaream vocant ac-  
 colit in recessu quo-  
 dam Martiani prope  
 Aracenam oppidii.

Idem Aluarus Lu-  
 gus secessum colit  
 in montibus Segor-  
 bieribus.

*Huma-*

*Humanis maiora bonis. His artibus, his tu  
 Instructus studiis, vrbes populósque fideles  
 Deinde petis, quos de Diuinis Aluare rebus  
 Sape doces, atque humanum contemnere suades  
 Omne opus & votum; Diuináque munera regni  
 Optare atherei, totísque capessere curis,  
 Atque viam monstras certam obsequiúque fidéque,  
 Seruandásque doces leges, praeceptaque sancta  
 Exponis; dux ipse via exemplóque probandus.  
 Tu precibus votum nostrum bone Luge iuuabis;  
 Et chari mecum reditus orabis amici.  
 Versibus interea nostris grataque Camæna  
 Ingenij partu exigui letare, meumque  
 Esse puta, quodcumque subest; nam diligis ipse  
 Nójque foves, tibi sic venient mea carmina grata:*

Hæc nos in tuo no  
 mine annotabamus  
 eruditissime Gas  
 parin conuentu S.  
 Marci apud Legio  
 nem anno à Chri  
 sto uato 1561.

## FINIS.

ERRATA SIC CORRIGE ANTE QVAM SERIO  
 legasopus. Primus numerus paginam, aliter versum dencat.

P Ag. 6. vers. 22. Pro. reponc. Pag. 8. 11. lege At te. 10. 1. qualifnam. ibid. 3. quan. 11. 24.  
 Ars & nomina sint. 12. 12. exhibeas. 13. 23. dicendoque sibi. ibid. 29. dispunge  
 sic. 14. 16. quodcumque. 15. 8. incufare. 16. 28. inter suadere, loquendo, dispunge. 17.  
 12. illuditur. ibid. 16. dispunge & munera, ibid. 28. dele &. 19. 13. fixo & visu, sicut dispun  
 ctione. 20. 9. gressum. ibid. 15. proculne. 21. 4. depalta. ibid. 5. apis. ibid. 30. in primis. 23.  
 19. oblitum leonem. 24. 4. referri. 25. 5. plunias. ibid. 24. taxatas. 26. 27.  
 Quod. 29. 10. eadem. 30. ultimo. facileque. 31. post Perducunt distingue; ibid. 18. post so  
 li dele punctum, & 17. post ruinas dele incisum. 32. 32. exhausta. 33. 6. pro hinc sudor le  
 ge ergo labor. ibid. 22. Appelles. ibid. 28. an iusta nimis ne iniusta. 36. 12. nec ars secus vlla  
 reperta est. 37. 2. pro præficies lege Anteferes. ibid. 24. Pondera non decisa vllis aut partu  
 bus aucta. ibid. 28. luges. 40. 3. circa. ibid. 11. penitus. ibid. 17. munimine. ibid. 40. Nec ver  
 rum atque decens tamen vlla parte relinquunt. 41. 6. aut alia est lex vlla, & ibid. 7. solum.  
 42. 4. cedat. ibid. in fine versus. 19. distingue. ibid. 10. nonnunquam. ibid. 27. discursu mētis,  
 tantum hunc. 43. 3. legibus & nullis affine sed exalter ergo. ibid. 10. consilium & ibid.  
 11. lege spoliat. & 23. spoliat. 44. 26. dele &. 45. quantopote 48. 5. face miser nimio.  
 & 6. omnes mole sua contundat. 50. 7. sepelisse. & 12. meritis. & 18. sonaret. & 12. 0. schola  
 Complunt. & 25. in fine dele incisum, & ultimo diu. 52. 26. facturus, inerti absque puncto.  
 55. 10. audimus, & dele punctum post dicenti. 56. 13. dispunge sic, tantasq; minas timuisse,  
 & 17. post pietate reponc incisum. & 18. onusque, & 20. pro ipsum &, lege & quæ. & 21. pro  
 quæ, leg. sint. 58. 7. lege differat, & absque puncto. & 12. depressus, & 32. pro subente lege va  
 cuit. 59. 25. cantata, & 31. dispunge sic, tur, per crura & 62. 21. petiuit. 65. 32. semoto. 66. 3.  
 Adsumus. & 28. chalybem. & 30. pro ve, lege ne. & pro postremo ve, lege vel. 67. 5. fronte,  
 leg facie. & 28. læuo. 62. 0. dele tu. & 23. pro atq; lege que. 69. 6. pro plantat, lege figit.  
 70. 1. muta versum. Gymnasia hac tua te poterunt ex parte iuuare. & 18. in fine distingue. 7.  
 72. 29. Collidens cerebro. 75. 30. fed. 76. 5. lege Enthymema illud dix. priores. 77. 23.  
 feu tu. 78. 10. onus sanctæ, & teterrima pestis. & 17. lege amnes. 79. vlt. indideris. 80. 10  
 voluitur. 81. 7. Clario. 31. Phæbe. 82. 7. quas iam virides. 12. succinor. 16. vltra noua. 23.  
 16. sunt fat & 26. quarum. 25. vlt. profari. 26. 13. profari. 27. 7. huc. 28. 9. inducens.  
 &.

& 13. vjs. 90. 16. reſinxit. & 22. vicit & ingenio, conſt. p. v. 93. vlt. Qui rebur. 94. 25. eſt  
 96. 26. excaudentia. 97. 26. iniuſſe. & 28. funeſtaſq; ſygis. 99. 13. aut verbis non plura.  
 101. 14. at. 104. 28. Atque Fuang. 105. 1. Conſpurcare. 11. luſca. 21. expromere. 22. At-  
 que exprompta. 107. 26. Nonnunquam. 108. 1. ſi dicis & expunge incifum. 10. ſcit. 26.  
 Non. 111. 6. proprias partes. 115. 11. tanti. 13. quanti. 119. 17. ſani. 120. 1. expunge re-  
 bus. 9. cum. 14. quantum. vlt. reſpectare 122. vlt. Expediat. 123. 23. agat. 127. 15. Sa-  
 xa. 129. 17. facile. 130. 3. quod & putet. & 12. intro. 132. 12. certo. 134. 6. Atque  
 137. 27. ac tu. 138. 5. legenti. 140. 1. fateor. 144. 14. porſus in aures. 146. 24. velut ſi  
 148. 5. conſilium. 155. 16. decebant. & 25. totum ſic muta: Quippe animis noſtris non pars  
 coniundior vlla eſt. 156. 15. eumenturi.


In toto opere ſerè eſt diſtinctio hæc; poſita vice. quæ periodum indicat.

## SVMMA PRIVILEGII.

CAVTVM eſt Regio priuilegio, ne quis a-  
 lius præter Chriſtophorum Plantinum typogra-  
 phum iuratum, *Rhetorica B. Aria Montani*  
 imprimat, aut alibi impreſſa vendat hinc ad  
 ſexennium, ſub pœna conſiſcationis librorum, vt  
 latius patet in literis datis Bruxellæ v 11. Maij.  
 M. D. LXIX.


Subſign. *De Vitte.*













159

2/12  
1878

